Primo ergo ordine velut a digniore primo est incipienduꝫ. s. a seraphin. de quo dicit Isido. li. vij. Seraphin est angeloꝝ multitudo que ardentes vel incendentes interpretant eo ꝙ inter eos ⁊ deum nulli angeli sūt intermedij. ⁊ ideo quāto ei vicinius collocant/ tanto magis claritate diuini luminis inflammātur. ⁊ ideo faciem domini ⁊ pedes velare dicūtur. qꝛ ceteri angeli diuinā maiestatem nequaqꝫ istis ꝑfectius intuentur ⁊ se tanto maiori claritate illustrantur/ quāto ardentiori motu dilectionis intime inflammantur. vnde istoꝝ angelorū officium ꝓpriuꝫ est ⁊ ardere in se ⁊ alios ad diuine dilectionis incendiū ꝓmouere. Proprietates aūt huius ordinis principales et spēales elicere possumus ex verbis dyoni. sic dicentis. Pulchre inquit prima celestiū hierarchiarū excellentissimꝰ ecūtijs sanctificatur. ordineꝫ habens altiorē omnibus circa deū immediate collocatum. ⁊ ideo ꝑme operationes theophonie in ipsam tanquaꝫ deo ꝓximā deferunt (⁊ sequitur.) Est aūt seraphin mobile semper circa diuina/ ⁊ incessabile calidum/ acutū/ ⁊ superferuidum/ intēte/ ⁊ inflexibilis semꝑ motionis suppositorū reductiuū actiue exemplificatiuū recalificans ea ⁊ resuscitans in similem caliditateꝫ/ ⁊ igneum celitꝰ et holocauste purgatiuū/ incircūuelatum ⁊ inextinguibile. habens luciformē ⁊ illuminatiuā proprietatem/ omis tenebrose obscurationis persecutricem ⁊ manifestatricem ⁊c. Hec verba diuinissima sunt ⁊ oīum mortalium sensuꝫ quo ad significationis misteriū excedentia/ ꝓut tamen potero ꝗuis balbutiendo aliqua explanabo. videt autē dicere dyoni. ꝙ cognominatio seraphin ꝓprietatis ⁊ officij discretionem ⁊ variam gratie ꝑticipationeꝫ manifestant in angelis seraphin nūcupantis. nam a populo seraphin docet mobile. hoc forsan dicit ꝓpter naturam ignei amoris/ que angelicus effectus in deum rapit ⁊ mouetur. hic vero motus ē qetus creatiuus/ augmētatiuus/ ⁊ cōtemplatiuꝰ docet ⁊ incessabile. qꝛ talis amor nunꝙ excidit nūquam ab appetitu amati requiescit. docet ⁊ caldū/ qꝛ ad modum caloris accēsum vel alimētum accensum dulcedinis/ excitat vis amoris. ⁊ ideo subdit acutum/ quia vis amoris penetrat ad intima conditoris. vnde acutum dicit quandaꝫ amātis violētiam qui intrat ⁊ penetrat ad rem amatam. Dicitur etiā docere ⁊ superferuiduꝫ/ qꝛ ꝗuis ad interiora diuinitatis amor se extēdat affectu/ tamē circuire nō cessat vt quam intellectu nō capit cōtemplationis/ tamen gustu aliqualiter comprehendat. sicut illud qḋ ebulit caloris vehementia vndiqꝫ se iactat ⁊ diffundit. sic affectus angelicus nihil inconsideratum derelinquit immo quāto plꝰ cognoscit/ tanto amplius scire cupit. addit etiā inflexibilis motionis. qꝛ amor angelicus quāuis in deum moueatur inflexibilis tamē est ne amatum aliqualiter amittatur. vnḋ simul mobilis est ⁊ incessabilis ⁊ hoc intente ⁊ intime. qꝛ ad dei interiora tendit. vnde mobilis est sēper ⁊ nūquam in se sistat et intentus vt in deuꝫ tendat. sed intimus/ vt ad exteriora nō effluat omnino auteꝫ inflexibilis/ vt ad aliud preter ipsum nō diuertat. Dicitur etiam suppositorū reductiuum. qꝛ amor angelicus semper ad superiora se extendit/ ⁊ tamē ab amore inferiorū nō recedit immo ad diuine illuminationis participationem reuocat inferiores ordines ⁊ reducit. Dicitur etiam docere actiuum ⁊ exemplificatiuum. qꝛ nō solum incendit inferiores ad amādum/ verum etiam formam ⁊ exēplum prebet inferioribus qualiter summū bonū sit sup omnia diligendum. ⁊ qualiter sit p amoreꝫ redeūdum in deum ⁊ secūdum ipsius beneplacitum incedendum. ideo etiam dicitur ꝙ amor eoruꝫ sit calificans ⁊ resuscitans in similem caliditatem. qꝛ ad hoc laborant vt inferiores. ⁊ si non equaliter/ tamē differenter ardeant ⁊ ferueseāt nec hoc dicit quasi inferiores angeli fuerint frigidi vel mortui. sed hoc dicitur/ quia subiecta ordines per ipsos ad ampliorem amoris affectum continue exercitantur. propter quod seqtur. Igneum celitus ⁊ holocauste purgatiuuꝫ quia ignis diuinus primos angelos accendit vt alios incendant. illuminat/ vt illuminent. purgat/ vt purgent. Ignis enim diuinus suauiter ardet nec comburit vl consumpti ad lesionem/ sed potius ad purgationem. ⁊ ideo dicit holocauste purgatiuus. qꝛ sicut ex toto illuminat/ ita ex toto purgat nec ab infectione alicuiꝰ vitij/ sed ab imperfectione boni. qꝛ illa est purgatio perfecta vbi omis corruptio abest et omnis perfectio adest. Dicitur etiam seraphin virtus multima ⁊ multifida/ multima/ inquantū multiformiter mouet appetēdo ⁊ opando. multifida/ inꝙtuꝫ beatificat in possidēdo. multima

ſinquãtum pergit ſcrutando multifida/ inquãtum quod inuenit penetrando. ꝑ multas eniʒ vias ⁊ affectões varias pergit ⁊ ꝑuenit ad vnũ bonum ⁊ vna vita ſimul cuncta apprehendit. Docet etiaʒ noĩatio ſeraphin. incircũuelatum/ qꝛ ſine omĩ velamine figure vel creature interpoſito diligit videre deũ. ⁊ a plenitudine fontis lucis eterne ſine medio aliquo illuminatᷣ vt illuminet. aſcenditᷣ/ vt accẽdat. vnde in hoc ſũt angeli illius ordinis alijs digniores. qꝛ ſue ꝑfectionis influentiã immediate ſine interpoſitione adeo recipiunt/ ſine diminutiõe eandem alijs ꝑticipandã tribuũt/ ſine amiſſione illam poſſidẽt ⁊ cuſtodiũt. nunq̃. n. tepeſcunt a dilectione/ nec flectuntᷣ ab incõuertibili ad deuʒ intentione/ nec labore nec tedio deſiſtunt ab inferiorũ ad deũ gratuita reductione. hec de ꝓprietatibus ſeraphin dicta ſufficiant.

[2 ordo cherubin]

Secũdus ordo dicitᷣ cherubin qđ interpretatᷣ ſcientie plenitudo. Sũt enim ſcḋm Iſido. li. vij. ſubliniora agmina angelorũ ꝑter ſeraphin/ eo ꝙ vicini⁹ diuine ſapiẽtie ſuppoſiti ampliori ſcientie diuine dono ſũt repleti. ⁊ ideo merito ordo cherubin poſt ſeraphin ordĩnatᷣ. qꝛ poſt donuʒ caritatis a quo denoĩatur ſeraphin ordinatᷣ excellẽtiſſimũ donũ quod eſt donũ ſapiẽtie ⁊ cognitionis diuine volũtatis vĺ veritatis a quo cherubin denoĩatur. nam in angelis hmõi ordĩs principaliter relucet radius diuini lumĩs q̃tuʒ ad ꝑticipationem precellentẽ diuine cognitionis. vnde ꝓprietates ⁊ effectus angelorũ iſti⁹ ordinis innuit beatus dyoni. c. vij. vbi dicit ꝙ cognoĩatio cherubin docet eoꝝ cognoſcibile ⁊ diuidi. ⁊ eſt ſenſus verborũ/ ꝙ angeli illius ordinis dicuntᷣ cognoſcentes/ qꝛ in dono diuine ſapientie ſunt magis excellẽtes. diuidi etiã ab ipſo nũcupantᷣ/ in quo dei viſio que in eis viget intelligitᷣ. qꝛ dei maieſtatẽ ceteris dan⁹ ꝯtẽplantᷣ. Dicuntᷣ ẽt altiſſime dationis luminũ acceptiui: in quo innuitᷣ ꝙ cherubin ordo diuine illuminatiõis excellentia p̄ ceteris adimpletᷣ. Sũt etiã illi angeli diuini pulchritudinis in prima opatrice virtute cõtemplatiui. qꝛ ꝑ lumen diuine ſapientie diuinã pulchritudinẽ ꝯtemplantᷣ per hoc etiã innuit ꝙ in eis ⁊ ꝑ eos opatrix virtus. ſ. deus clariſſime intuetᷣ. Dicuntur etiam ſapientifica traditione repleti quia per ſapientificam creatoris traditionẽ alijs plus alijs minus donũ ſapiẽtie diuine impꝑtitᷣ. Dicuntur etiã ⁊ cõicatiui/ qꝛ lumẽ ſapientie quod in eis copioſe diffunditᷣ ꝑ ipſos ad alios ordines illuminãdos copioſe deriuatᷣ. nã plenitudinem lucis quã ſuſcipiũt alijs cõicant ⁊ trãſfundũt. Dicuntᷣ etiã ꝯtemplatiõis pure ⁊ ſimplicis ac immediati fulgoris ſuſceptiui. fulgorem vocat illuminationem per quã ꝑuenitur ad meram ⁊ purã contẽplationẽ vbi virtus diũa nõ in imagine ⁊ figura vĺ aliqua mediante creatura/ ſed per ſemetipſam ⁊ in ſemetipſa cõtemplatᷣ. Dicuntᷣ ⁊ diuino alimento domeſtico atq̄ viuifica vnitate diuine refectionis repleti. qꝛ in hoc ꝙ replentᷣ lumine cognitionis reficiũtur dulcedine dilectionis. nõ enim multũ ꝓdeſſet illuminari ꝑ cognitionem/ niſi ꝯcomitaretur alimẽtum ſpũs. ſ. refectio. ſcilicet ꝑ dilectionẽ. Iſta autem refectio dicitᷣ domeſtica viuifica/ ⁊ vnica. domeſtica qꝛ amicis ⁊ domeſticis ſoluʒ modo preparatur. viuifica qꝛ viuum efficit quemlibet qui ex tali cibo ſatiatur. vnica eſt ⁊ ſingularis/ qꝛ cum delectatiõe extranea. ſ. cum carnali dulcedine nõ guſtatur. quãuis autem vnica ſit refectio. multiplex tamen ſatietas inuenitur in hoc vnico alimento. vnde cum hoc ſolum ꝑcipitur/ plena ⁊ vera ſatietas inuenitur.

[3 ordo thronorũ]

Tertius ordo eſt thronorũ. ⁊ eſt hic ordo a thronis dictus. a dono iudicij eo ꝙ deus in eis ſedeat/ ⁊ iudicia ſua diſcernat/ ⁊ cũcta ſubiecta per illos diſponat. vt dicit Iſido. vnđ virtus diuine equitatis/ throno igneo in dañ. compatur. ſ. propter perſpicuitatem cognitionis quia de⁹ ſingula diiudicans per ipſos vniuerſa prudenter diſcutit ⁊ ꝓpter impetuoſitateʒ cui nihil obuiat vel reſiſtit. Illi autem angeli in quibus ſingulariter relucet rectitudo iudicij diuini throni nũcupantur. Iſiđ. Et ideo a beato dyoniſio ſedes altiſſime dicuntᷣ qꝛ alte ꝓpter diuinã auctoritatem quaſi ad iudicandum ordinantᷣ altiores. quia ſecũdum diuine iuſticie regulam ĩ iudicio mittuntur ad iudicanduʒ. ſed altiſſime quia immediatius altiſſimo deo diſpoſitiõe hierarchia collocantur. Sedes compacte/ q̊a apte ⁊ conuenienter iuncte quo ad iuncturam ⁊ conuenientiam diuinorum iudiciorum. conueniens enim eſt ⁊ aptũ vt ex culpa penã/ ⁊ ex iuſticia gloriam ex qualitate operis qualitateʒ retributionis quilibet ſortiatur. vnde conuenit ⁊ apte coheret pena culpe ⁊ gloria iuſticie. q̊a ſi culpa ⁊ gloria pena ⁊ iuſticia conuenirent/ coaptatam ſedem ad inuicem non haberent. compactio itaq̄ ſedium equitas eſt iudiciorũ Sedes ab omni ignominioſa ſubiectione libere. quia quanto ſibi preſidenti deo amplius ſunt ſubiecti/ tanto per ipſum ⁊ in ipſo merentur amplius ſublimari. Sedes dei fere qꝛ deũ ſibi preſidentẽ ferũt ⁊ deificãt ꝑtãtem ꝑ diũa iudicia in ſubiectis creaturis indicãt ⁊ oñdunt

Sedes diuini super aduectus susceptiue/ imaterialiter / et si p mundane. qr notitiam diuinitatis sine studio et fatigatione pcipiunt et ipassibiliter et sine diminutiõe ad inferiora transfũdunt in quo nos spiritualiter instruunt vt a re materiali et terrena nos euacuãtes /nos ad eternorum susceptionẽ coaptemus. Sedes etiam ab omi extremitate sunt remote/ qr ei qui sine extremis est idest sine principio et fine immediatissime sunt cõiuncte. nam in deo cui adherẽt nõ est inuenire principium vel extremũ. Throni itaqꝫ diuinã virtutem assumũt et eandem ad inferiora deriuant et trãsfundunt obedienter se deo subijciunt et nõ ex aliqua necessitate/sed ex mera libertate in agendis omnibus subijci se ostendunt.

Media hierarchia! scd̃m Isi. tres cõtinet ordines. s. principatus potestates / et dominationes. hec autẽ hierarchia a dyonisio vocat epophonia. idest diuina. s. illuminatio sui participes interscalari/reuerentie insigniens /vsum dominãdi edocens/arcensqꝫ contrarium. Prima differentia dicit ꝑpter principatus qui p̄ ceteris possident donũ reuerentie. quorum officiũ est docere et exhibere reuerẽtiam reuerẽdis ſm diuersos gradus p̄lationis. iuxta illud. Cui honorem. Idem. xiij. vsus vero dominandi spectat ad dominationes/ que docent subditis dominari nõ secundũ libidinosam preessendi cupiditatem/ sed secũdum dei voluntatẽ. nam deꝰ vult homĩes preesse hominibus vt proficiant nõ vt superbiant/vt eos in fide et in moribus instruant nõ vt de liberalitatis dominio insolescant. arctio vero potestatis refert ad ordinem potestatum que potestatiue a nobis coherceant demones ne nobis tantũ noceãt quãtum desiderant et affectant. et taliter ponitur dispositio medie hierarchie quãuis alio modo videatur ordinari ſm Isido. et grego. Sed de hoc ad p̄sens opusculum nihil spectat.

Quartus ordo est dominationum que secũdum Isido. potestatibus et virtutibus presunt et preeminẽt que pro eo ꝙ ceteris angelorũ agminibus presunt siue dominentur/ dominationes nuncupantur. Huius ordinis est officium secundum grego. in bello spirituali instruere qualiter oporteat homines prelationis officium exercere. suggerũt etiã p̄latis qualiter sine tyrãnide et subiectorũ oppressione in regimine debeant se habere. Horũ angelorum ministeriũ(secũdũ dyo. est) Seruili timore deposito in deum moueri/ et absqꝫ reflexione ad cõmodũ temporale ei incessanter famulari. que singulari excellentiã in uisibilem annũciationem in subiectis ordinibus imperio solo formãt. Sunt angeli istius ordinis ab omni impressione liberi vt libere ad summũ eleuent/ et nulli infra summum subijciãtur. vnde ita deo subsũt ꝙ nulli iferiori subijciũtur ꝑ vniuersalem excellentiã. supra omnem subiectionẽ eleuantur / ita tamẽ ꝙ per nullam violẽtiam aut tyrannidẽ ad opp̄ssionem inferiorum inclinant (vnde dicit dyo.) ꝙ secũdum dissimilitudinẽ tyrannidis dominium exercẽt. seueritatem habẽt in potestate/ et cum seueritate liberalitatem in benignitate. et dũ a dominationibus prãs exercetur liberalitas circa inferiores nõ tollitur. ꝑ istã tamen liberalitatem eorũ potestas nullo modo minoratur/immo deo se cõfortantes regulã et legẽ sue presidentie quantũ possibile est imitantur nunqꝫ ad aliqua varia se conuertũt/ sed continue ad bonũ summũ(qđ dyonisius on idest vniuersale vocat)oculos dirigũt et ab illo qui omnibus dominat mentis aciem nõ auertunt vnde deiformitatis et diuine similitudinis ꝓut possunt sunt ꝑticipes (ſm dyoni.) Itaqꝫ dñationes prime sunt in secũda hierarchia.

Quintus ordo dicit principatus. et hic ordo secũdũ sanctos docet homines inferioris gradus exhibere reuerentiam maioribus existentibꝰ in statu altioris dignitatis. vt puta regibus principibꝰ et prelatis. De angelis istius ordinis dicit dyoni. Ad principatus ꝑtinet vniuersalis ducatꝰ et regimẽ ductiuũ ad dei similitudinẽ. qr isti angeli habent ex officio vt alios inferiores ordinaliter reducant ad deũ et doceant ipsum reueri in se ipso et ꝓximo specialiter in prelato qui(ſm dyoni.) Ideo dicunt principatus/ qr hñt alios reuertere vel reducere ad primũ et principale principium. s. deum quem ipsi ꝓut possibile est imitantur et quantũ fas est ipsi in presidendi officio principi assimilantur(dicit enim Isido. lib. vij.) Principatus sunt qui angelorum agminibus presunt. qui pro eo ꝙ subditos angelos ad explendum diuinum ministerrium ordinant et disponũt/ principatus vocabulum acceperunt. Nam alij sunt qui administrant/alij qui assistunt/ milia eni milium ministrabãt ei et decies centena milia assistebant Danielis septimo.

Sextus ordo est potestatum. et dicũtur potestates scd̃m Isido. qr eis virtutes aduerse sunt subiecte. et iõ potestatum nomine nuncupantur quia maligni spiritus eorũ potestate cohercent ne tantũ

mundo noceant/ quātum cupiunt ⁊ affectant.
Horum angelorū officium eſt (ſm grego.) Il
los qui in ſpūali bello deſudant ꝯfortare/ ⁊ ne
ab aduerſarijs violenter ſuperētur defendere:
⁊ vt boni victoriam obtineant viriliter adiuua
re/ Huic ꝯcordat dyoni. dicens poteſtatū mi/
niſterium eſſe cauere ne aliquid aduerſum poſ
ſit bonis obſiſtere vel nocere (Dicit etiā grego.
Poteſtates in ſuo ordine potentius percepe/
runt vt eorum diſpoſitioni aduerſe poteſtates
ſubijciant̄ que ne hominibus tantum noceant
quantum deſiderant/ poteſtatū miniſterio re
frenant̄. De his poteſtatibus dicit dyoni. Ip/
ſe ſancte poteſtates habēt equipotentem/ ideſt
equalem cū dominationibus poteſtatē/ que
eadem diuina munera in ſuo ordine ⁊ gradu
humiliter ſuſcipiunt ⁊ cuſtodiunt ſine cōfuſio/
ne. nihil eni tyrannice precipitant ꝯtra inferio
res. nihil violētia ⁊ fortitudine attemptāt. ſed
potius deiformiter/ ideſt ad diuinam ſimilitu
dinem angelos inferiores ordinare reuocāt/ ⁊
ad potētificam ⁊ cauſalē potentiam/ ideſt ad
deum qui omīa pōt ⁊ omniū eſt cauſa ſupmū
dane ⁊ intellectualiter reducere nō ceſſant vt p
has deiformes ꝓprietates medie celeſtiū aīa/
rum diſpoſitiones illūinent̄/ purgent pficiant̄
Sicut ipſe poteſtates mediantib⁹ ſupioribus
ad dei ſimilitudinē ꝯuertūtur/ ita mediantib⁹
ipſis poteſtatibus qui inferiores ſūt ad deifor
mitatem reducūtur. vt ſic oēs ſupiores/ medij
⁊ inferiores ordines miſticarū purgationū/ il/
luminationum ꝑfectionū ꝑticipes efficiant̄.

T Ertia hierarchia q̄ dicit̄ epopho/
nia tres ꝯtinet ordines inferiores.
ſ. virtutes/ archāgelos/ ⁊ angelos
⁊ ſm hoc inferior hierarchia ſic de
ſcribit̄. Inferior hierarchia eſt diuinū ꝑticipiū
nature legibus occurrēs/ ſecreta reuelans/ pro
capacitate diſcreta. Nature legib⁹ occurrens/
hoc ꝑtinet ad virtutes que poteſtatem habent
faciēdi mirabilia ⁊ curandi morbos ⁊ languo/
res. Secreta reuelans/ hoc ꝑtinet ad archage/
los ⁊ angelos. ꝓ capacitate diſcreta/ hoc refer
tur ad archangelorū differentiā ⁊ angelorū. qr
maiores vt archangeli maiora/ minores vt an
geli minora reuelant. p archāgelos eni reuela/
bant̄ ꝓphetis maiora ſecreta. vt illud. Ecce vir
go ꝯcipiet ⁊ pariet filium ⁊c. p angelos autē
minora. vt illud dauid. Epiſcopatū eius acci/
piet alter. ⁊ dr̄ epophonia ab epi quod ē ſub ⁊
phanos qd̄ eſt apparitio. qr in eis inferiori mo
do q̄ in alijs reſultat dei ſimilitudo in ordini/
bus huiuſcemodi hierarchie.

S Eptimus eſt ordo virtutū. virtu/
tes eni ſūt angelorū agmina mini
ſteria habētia ad virtutes ⁊ miracula faciēda
in quib⁹ potiſſime relucet virtus diuina p qd̄ ⁊
virtutes noīantur (vt dicit Iſi.) Iſtius ordis
angeli ab ordinibus medie hierarchie recipiūt
illuminationem/ purgationē/ ⁊ ꝑfectionē (vn̄
ſm dyoni.) Virtutis habēt virilitatē ad opa
tiones fortē incōmutabilem ſm deiformā eis
indicantem. in hoc eni deo ſunt ſimiles ⁊ ꝯfor
mes. qr ad omīa agenda incōmutabilē virtu
tis vigorem acceperūt. ⁊ ideo iſtorum ſpirituū
operatiuam virtutē ꝑ ſtringit dyoni. ſic dicens
Ipſa ſanctarum virtutum cognominatio for/
tem quendā ⁊ incōmutabilem docet vigorem
ſm inditam eis deiformitatem ad nullā ſuſce/
ptionē diuinarū illuminationū imbecilliter in
firmatam ⁊c. (quaſi diceret) in hoc q̄ iſti angeli
virtutes ſunt vocati deiformes/ ⁊ deo ſimiles ꝯ
dinoſcant̄. Naz diuina virtus fortis eſt ad agē
dum vt nō frangant̄ alicuius operis difficulta
te ⁊ incōmutabilis eſt ad perſeuerandū vt nō
langueat ſeu infirmetur alicuius ſpacij vel tem
poris diuturnitate. Sic angeli iſti conſimiles
ſunt qr ad omīa agēda robuſti ⁊ incōmutabi
les inueniūtur. vnde virtuoſi ſunt nō ſolum in
opando/ verum etiā in illuminationes ſuſcipi
endo. nam horū angelorū virtus ⁊ ſi infirma
videatur diuine virtuti compata/ nō tamen in
firma eſt ad eandem p gratiam conformata. i/
firma eſt nature conditione ſed nō infirmat̄ ali
qua corruptione quin pcipiat totum quicquid
creature eſt debitum/ fortitudinem. ſ. ſufficien
tem ⁊ ſue nature cōgruentē. (⁊ ideo dicit dyo.
q̄ habent deiformem motū firmiter ſe ferentē
⁊ inſuper eſſentialē ⁊ pontificam dei virtutem
qr propria virtute in deum mouentur. et vnde
eorū virtuoſitas inſuper eſſentialem virtutem
creatoris ſubtollitur/ inde deiformis imaginis
ſimilitudo in eis reperitur. Deiformitatem aūt
quam recipiunt ad inferiores angelos tranſfū
dunt. accipiunt quidem per donum/ ſed alijs
tribuūt per exemplum. Horum angelorum eſt
officium (ſm dyoni. docet prelatiōis officiū ex
equi feliciter ⁊ conſtanter/ ⁊ vt ipſius onus ſu/
ſtineant patienter. Secūdū grego. vero in q̄r
to mora. Iſtorum officium in his qui virtutē
habent eſt docere qualiter imaginem dei in ſe
reparent ⁊ reforment/ ac reformatam viriliter
cuſtodiant ⁊ ꝯſeruent. vnde p iſtorum angelo
rū miniſteriū virt⁹ miracula faciendi pfectis cō
cedit̄/ vt reducti ad primum ſtatum in quo de/
us fecit hominem ad ſuā imaginē per hui⁹ mi
racula oſtendant̄. Angeli iſtius ordinis diuinā

7. ordo Virtutū

...iaz. 7. continet ...ines s. ...tutes Archa... ...los et Angelos

virtutē continue aspiciūt/ in ipsa ꝯtemplatiōe ipsius cōtremiscūt. sed iste timor penalis non est/ cum potius sit admirationis ꝙ horroris ꝑut grego. dicit in moral. lib. iiij.

O Ctauus ordo est archāgelorū qui ſm Isido.) Sūmi nuncij vel nunciorū principes interp̄tant nam p̄ matū tenent inter āgelos. Sunt enī duces ꝛ principes sub quorum ordine vnicuiqꝫ angelorū officia deputata sunt. Nam archangeli angelis presunt. vt patet in zacharia vbi āgelus maior dixit minori. vade ꝛ doce puerum istū ꝛc. Si enī in ipsis angeloruꝫ officijs supiores inferiores nō disponerent/ nullo mō hoc qd̄ hoī differt/ angelus ab angelo cognouisset. Hi archangeli sepe ꝓprijs noibus denotant/ vt ꝑ ipa vocabula ipsoꝝ cōditiones ꝛ opera ostendant. Nam gabriel ad virginē mittitur vt illum denūciaret venturū/ qui cōtra aereas potestates obtinere debuit ad victoriam ꝛ triumphū. Gabriel enī deiformis interp̄tat. sicut raphel/ qui interpretatur medicia dei ad thobiam missus fuit qui eius oculis curationē adhibuit ꝛ cecitateꝫ abstulit ꝛ detersit. ꝛ sic de alijs hucusqꝫ Isi. li. vij. c. v. Horum angelorū officium est (ſm grego.) De his que ad ꝓmotionē fidei. vt de aduentu filij dei ꝛ eius gestis ꝛ dictis fideles ꝓmouere. Archangeloꝝ etiam est ſm dyoni.) Prophetias ꝓphetis reuelare ꝛ demones hoībus dn̄antes arcere ne vlterius plus ledūt. sicut p̄tātum est eosdem exercere ne dn̄ium sibi vsurpent aut acapiāt. Archangeli etiā angeli suppositi eis sunt digniores/ ꝛ annūciatione sunt priores ceteris. q₂ sunt ꝑfectiores. Nam (ſm dyoni.) Inferiores cōuertunt ad principale principium suū. ꝛ q̄ntum eis possibile est angeli inferiores ipsis mediantibꝰ ad ipsum informant. Insuper viuificant idest angelos ad vnitatem illius principij colligant ꝛ adunant docēdo angelos sibi subditos scd̄m ducatus inuisibiles ꝛ ordinatos quibus hn̄t ducere ꝛ docere sequētes alios ꝛ subiectos. Isti etiam archangeli inter ordines inferioris ehierarchie sunt intermedij. ꝛ ideo a superioribus illuminationes participant/ ꝛ easdeꝫ angelis inferioribꝰ participatas cōicant ꝛ annūciant/ in quibus angelis oīum angeloꝝ dispositio hierarchica ex triplici ternario celestiū ordinum cōstituta/ ꝑfectissime est completa.

N Onus ordo et vltimus est angeloruꝫ. angelus enim grece/ maleth dicitur. latine vero nūcius interpretatur. eo ꝙ volūtatem domini populis annūciare angeli consueuerunt. Angel autem vocabulū nomē est officij nō nature. Nam angelus semper est spiritus/ sed quādo mittitur/ tūc primo angelus nūcupatur. angelis vero predictoꝝ solertia pēnas fingit/ vt eorum discursum celerē significet. sicut ꝛ iuxta poetarū fabulas vēti pēnas habere dicunt. sicut dicit. qui ambulat super pēnas ventoꝝ. hucusqꝫ Isido. lib. vij. c. v.) Scd̄m dyoni. autē angeli inferioris ordinis nō ꝑticipant ordineꝫ superiorū illuminationē. non enim participant cum ipsis/ sed ex ipsis. nam angeli supiores p̄mo loco diuinas illuminationes suscipiunt/ ꝛ illas postmodū ad aliorū notitiam deferunt/ qui ꝛ primi nuncij dicunt. Alij autem posteriores sunt et vltimi angeli/ etiam ſm eundeꝫ dyoni.) qui homines ad diuinam cognitionē adducunt ꝛ subleuant/ ꝛ vt iuste viuāt informāt vnde quamuis angeli ꝛ si nō habent alios angelos sub se inferiores quibus presunt/ habēt tamen sub se hominum ordines quibꝰ presūt quos ordinant ꝛ disponunt. sursum extendunt per dilectionem dei. in semetipsis formantur ꝑ custodiam sui. sub se progrediuntur per illorū tutelam/ quorum ministerio deputantur. Istorum itaqꝫ angeloruꝫ multiplex est effectus. nā angelus nostre custodie singulater deputatus nos stimulat ad bonum et excitat ne in vitijs dormiamus (actu. xij.) Item spiritualiter nos reficit ne sub onere patrie succumbamus. iij. reguꝫ. xix. Iteꝫ arcet demones ne ab ipsis ledamur. Thobie. viij. Item instruit in ambiguis vt certificimur. dan̄. ix. et. x. Item conducit/ ne in via deuiemus. Thobi. v. ꝛ Exo. xxij. Iteꝫ nobis in tristiciam positis/ assistit vt consulemur. Luc̄. xxij. ꝛ gen̄. xvi. vbi dicitur de angelo cōfortante flentem agar. Item angeli nobis peccantibus ꝯpatiunt/ ne desperemꝰ. Isa. xxiij. ꝛ iudi. Item velociter nobis assistūt/ ne cadamus. Isaie. xxiij. Item adiuuant ꝯtra hostes ne vincamur. Gen̄. xxi. ꝛ. ij. Mat. penul. Item vulnera nostra sanant/ ne moriamur. Thobie. xi. Item peccata nostra ad memoriā reducunt vt erubescamus. Josue. ij. Item voluntatem dei annunciant/ vt ei acquiescamus Luce. ij. Iteꝫ impedimenta auferūt/ vt domino liberius seruiamus. Exo. xxiij. sed procedat te ꝛc. Item frequenter nos visitant/ nobis precauent/ ne offendamur. Isa. lx. sed penam ꝛc. Item semper deo assistunt angeli vt contēplemur. Luc̄. primo. ꝛ Dan̄. septimo. Decies centena milia et cetera. Item orando pro nobis merentur. Job. xxiij. si fuerit et cetera.

Item a diuina laude nō retardant. Isa.vi. et Apoc.v. nō habebant requiē ꝛc. Item deū si ne velamine facie ad faciem ꝯtemplantur. Mat.xviij. angeli eoꝝ ꝛc. Itez nullius corpu lentie mole in sua substantia vel virtute aggra uant. Luce vlti. spūs car. ꝛc. Item supra tpūs existentes in tpe opantur. Angelicus enī intel lectus cum sit deiformis (vt dicit dyoni.) Est instantane⁹ ꝛ ideo sine collocutione vnius ad aliud subito intelligit. ꝛ in vertualitate sue sub stantie in instanti oīa agenda agit. vnde de an gelo (qui vocat a pħo intelligentia) dicit ꝙ sit creatus in orizonte tpis ꝛ eternitatis. vt patet in.i.lib. de causis. Item hoīes ex subito ange li presentia territos/ bonus angel⁹ blandiens blando aspectu consolat vt dicit ambro. Luce i. ibi/ Ne timeas zacharia ꝛc. Sz demon ecō uerso. quos sua ꝑsentia territos facit amplio ri horrore concutit/ vt idem dicit. Item agelus qñ vult apparet ꝛ quando vult ab humanis aspectibus occultat. vt dicit ibidem. Item cor pus ꝑ suo beneplacito opationi sue congruū vt appareat) assumit. ꝛ peracto suo officio idē corpus assumptū deponit. Jud.xiij. euanuit ꝛc. Item assumpto corpe ꝑ aliqua necessitate nō vegetat illud corpus nec viuificat/ sed tan tum mouet. vnde qñq̄ videtur comedere ꝛ bi bere vt homo/ ꝛ tamē nō comedit/ nec bibit/ ꝫ ptāte sua cibum āmbilat ꝛ consumit. vt patet Tho.xij. vbi dicit angelus videbat quidem ꝛc. angelus enim nō comedit aliqua necessita te/ sed sola ptāte (qr vt dicit aug⁹. super Luce vlti.) ꝙ radius cōsumit aquaz ptāte/ sed terra absorbet necessitate. vnd fuit ibi comestio ptā tiua quo ad masticationem/ cibi cōsumptionē nō tamē necessaria quo ad informicationem. Hec itaq̄ leuia ꝛ plana ꝺ ꝓprietatibus bono rum angelorum ad vtilitatem paruulorum dicta ad presens sufficiant.

Sicut bonus angelus hominibus datur ad subsidium ꝛ conseruatio nem/ sic malus angelus datus est vnicuiq̄ ad exercitiū ꝛ ꝓbationez. vnde horū malignorū spirituū caput ꝛ dux est lucifer. qui (ꝫm greg.) Sic ē dict⁹ ꝑ eo ꝙ alijs angelis clarior est creatus (vnde grego.) Pri mus angelus ideo oī lapide ꝑcioso ornat⁹ ex titit. qr dum cunctis angeloꝝ agminib⁹ ꝑfuit/ ex eoꝝ compatione clarior fuit. sed contra cōdi torem suū superbiēs lucem ꝛ claritatem perdi dit/ ꝛ formam deformem ꝛ obscuram aposta sie sue mento acquisiuit. (de hoc dicit damas. lib.i.c.xviij.) Ex his angelicis virtutib⁹ qui alijs preerat/ ꝛ cui terre custodia a deo cōmissa erat/ nō natura malus factus/ sed bon⁹ existēs nequaq̄ ab ipso ꝯditore semitam malicie in se habens nō ferens illuminationez ꝛ honorem quam ipse ꝯditor largitus fuerat/ electione li beri arbitrij sui versus est ex eo quod ē ꝫm natu ram/ in id qꝺ est preter naturā. vnde deo rebel lare volens/ ꝛ primo a bono deficiens/ in ma lū venit. lumē igit creat⁹ a cōditore/ ꝓpa volū tate tenebra factus est. Simul autē cū eo caul sa est ꝛ cōsecuta angeloꝝ que sub ipso ordinati erant infinita multitudo/ ꝛ voluntarie facti sūt mali/ ex bono ad malum declinantes. Item dicit ibidem ꝙ nō habens potestatem neq̄ vir tutem contra aliquem nisi a deo ꝑmissiue ꝛ di pensatiue concedat. sed diuina ꝑmissione trās figurant in quācunq̄ voluerint imaginez siue figuram omis igitur malicia ꝛ immūde passio nes ex ipsis cogitate sunt. quas quidē immitte re/ idest suggere possunt. sed violentiā inferre nō preualent. Item qꝺ hoībus est mors/ hoc angelis est lapsus. post casum enī nō est eis pe nitentia quēadmodum post mortem hoībus nō est vita (hucusq̄ damas.) Item dicit grego. A gratia desertus/ obstinat⁹ in malicia ꝑman sit/ ita ꝙ nihil boni bona voluntate velit libe rum siquidem arbitrium habet/ sed depressuz ꝛ ad malum incessanter inclinatū. ita ꝙ semp bonū refugit/ malum vero eligere nō desistit. ꝛ ideo accidit (vt dicit cassiodo.) Cupiebat enī rapere diuinitatem/ ꝛ amisit felicitatē. Itez qr altitudinē sibi inconueniētem indebite appe tijt/ ideo iusto ordine ad ima ruit. vt qui iuste se nō tenuit in summo/ ꝫm iusticie ordinē se te neat nūc in imo. ꝓpter qꝺ ꝛ diabolus primo deorsum ruens/ a sanctis nūcupat multis alijs noībus quibus sua malicia ꝑ noium similitu dinem intimat. Dicitur enim demō immo ꝫm plato. in thimeo. cathodemon/ idest mala sci ens. Demon enī sciens interpretat. Sic autem dicit ꝓpter scientie qua viget naturaliter per spicacitatez. viget. n. sensu nature expientia tē poris. viget intelligentia scripture. Sicut dicit beda/ ꝛ etiā damas. c.xviij. De hoc dicit Isiꝺ. li.vij.c.vlti. Demones vocant greci pitos ꝛ sciē tes. presciunt enī multa futura/ vnde solent da re responsa aliqua. in illis enī est cognitio reꝝ plusquā in hoībus. partim subtilioris sensus acumine existentia longissime vite. partim per dei iussum angelica reuelatione. hi corporꝝ ae reorum natura vigent/ ante transgressionē cele stia corpa gerebāt. lapsi ꝟo in aereaz q̄litatē cō uersi sūt. Et ista aeris caliginosi spacia tenere ꝑ missi sūt/ q̄ eis carcer ē vsq̄ ad iudiciū. hi sunt

p̄uaricatores angeli quoꝝ diabolꝰ ꝑnpces ē.
Item dicit sathan.i.aduersarius. q2 ex corru/
ptela malicie deo qui summe bonꝰ est/ cōtinue
aduersatur (vt dicit ihero.) Precipitata auda/
cia magis p̄sumit q̄ possit (vt dicit glo. Isa.
xvi.) Maior est arrogantia ꝛc. Sicut enī dicit
idē potius esse vult q̄ nō esse vt pugnet contra
deū q̄uis suū ex hoc sciat crescere nocumētum.
Item vocatur veemoth Job.xl. Ecce veemoth
ꝛc. Veemoth vero bos vel animal interpretatur
demon sicut bos fenum comedere appetit. q2
suggestionis sue dente/conterere spūalium vi
rorum vitam mūdam querit. carnalia enī desi
deria amat demon. Item dicitur leuiathan /id/
est additamētum. Job.xl. (q2 vt dicit Grego.)
Malum malo addit ꝛ penā pene addere nō
desistit. Sicut enim sua ꝛ suoꝝ crescit culpa/
sic ꝛ pena. Item dicitur appollion grece/idest ex
ercitator latine. vt patet apoc̄.xv. q2 bona vir
tutum que deꝰ in ecclesia siue anima plantat/
malicia ip̄m stimulante exterminare desiderat
sicut dicitur in p̄s. Exterminauit eā aper ꝛc. Itē
dicitur cōiter diabolus. qui hebraice dicitur deor
sum fluens. q2 quietus in celi culmine stare cō
tempsit/superbie sue pōdere deorsum cadere
meruit. Grece vero dicitur criminator. eo q̄ vel
ad crimina allicit vel inflammat. vel q2 electo/
rum innocentiaꝫ falsis criminibꝰ inficit ꝛ accu
sat. vt dicitur apoc̄.xij. Proiectus est accusator
fratrū ꝛc. Et sicut dicit Isido. ethimol.lib.viij
Item p̄ter ista nomia multipliciter in scriptura
eius malicia denotatur. Dicitur enim serpēs/ vel
draco ꝓpter eius virulentā astutiam. apoc̄.xij
Leo ꝓpter eius apertam violentiam.i. Pe.vl
ti. Tanquā leo rugiens. vectis ꝓpter eius ob
stinatam duriciā. Isa.xxv. Coluber tortuosus
ꝓpter ipsius in isto aere caliginoso lacentiam
Et ideo ab aug. recitatur opinio platonis de
cachodemonibus super gene. ad litteraꝫ li.iij.
et habetur.lib.v.siue distinctione.viij.c.i. De
mones aerea dicuntur animalia. q2 corporū ae/
reorum natura vigent nec ꝑ mortem dissoluū/
tur. q2 preualet in eis elementū aptum potius
ad patiendū q̄ ad agendā. Item dicit augꝰ.
in lib. de ciui. dei li.viij. Demones sūt aīalia
animo passiua/mente rōnalia tempe/idest du
ratione/eterna corpore aerea ꝛc. Hec quidem
sunt ab augu. opinatiue ꝛ recitatiue dicta. vo
lente insinuare qualiter demon a loco summe
illuminoso. scilicet celo empyrreo sit expulsus
ꝛ in hoc aere caliginoso retrusus vt ibi patiatur/
et unde assumat corpus quādo adeo permittitur
vt hominum vita per ipsius ministerium exer/
ceatur. propter quod ab Isa. Faber conflans
prunas ꝛ formans vas in opus suum dicitur.
q2 eius exercitio vita electoruꝫ qui vasa sūt grē
comprobatur. Isa.lv. Creaui fabrum ꝛc. His
itaq̄ nominibꝰ ꝛ multis alijs modis demon
noīatur quibus eius virulenta rabies demō/
stratur. Dicit enim beda in glo. sup illum locuꝫ
i. Pe.vlti. circuit querens quem deuoret. Cir/
cuiuit (inquit) tanquā hostis obsidens muros
clausos explorans vt per inferiorem ꝑtem ad
interiora penetret. offert oculis formas illicitas
vt visu destruat castitatem. aures per canora tē
ptat/vt molliat christianum vigorem linguaꝫ
conuitio ꝓuocat/manum iniurijs lacessentibꝰ
ad vindictam prouocat vel ad cedem instigat
honores terrenos ꝓmittit ꝛ adnihilat celestes
et cū latenter nō potest fallere/appertos addit
terrores/in pace subdolus in persecutione vio
lentis. contra quem animus debet esse tantuꝫ
ꝑatus ad resistendum/quantum ille est para/
tus ad impugnandum (hucusq̄ glo.)

m Ali igitur angeli consentientes vo
luntati luciferi cadentis irrecupera
biliter in hoc aere caliginoso velut
in carcere sunt reclusi. ceciderūt au/
tem de luce in tenebram /de scientia in ignorā
tiam /de dilectione in odium ꝛ inuidiam/ de sū
ma felicitate in summam miseriaꝫ (vt dicit gre
go.) Item demones presunt demonibus ꝫm
maiorem scientiā et scd̄m minorem alij subsūt
vt dicit ambro. super luc̄.) Quis enim obsti/
nati sunt in malo/a viuaci tamē sensu nō sunt
penitus spoliati. Nam (ut dicit Isido.) Tri
plici acumine vigent demones. Nam quidaꝫ
sciunt subtilitatem nature. quidam experienti
am temporum ꝛ diuturnitatem /quidam san/
ctorum spirituū releuationes. Item demones
vt dicit augꝰ. in enchei.) Viuacitate igenij co/
gnoscūt seminales reruꝫ virtutes nobis occul
tas /quas ꝑ ꝯgruas ꝛ temꝑatas elementorū
ꝯmixtiones spergūt/ꝛ sic diuersas reꝝ spēs ꝓ
ducūt. Quod.n. posset ꝑ se facere natura suc/
cessiue/hoc pōt diabolus facere subito ꝑ acce/
lerationē operū nature. vnde ꝑ artem demonū
magis pharaonis serpētes ꝛ ranas subito ꝓ/
duxerunt (sicut super exo. glo. dicit.) Item de/
monum intentio tota est ad maluꝫ ꝛ ad fatiga
tionem bonoꝝ. ꝛ ideo elemēta se ꝑturbāt tem
pestates in mari ꝛ in aere cōcitant. fructus ter/
re corrumpunt ꝛ deuastant (vt patet apoc̄. vij
Et longe peiora facerent. si boni angeli eoruꝫ
maliciam nō cohiberent. ꝛ ideo quia cōtinue
peccāt quocūq̄ vadūt penā suam ꝯtinue secū
portāt (vt di. grego.) Itē grego. li. mora. xxxij.

Demones semp afflictionem iustorū appetūt: sed si adeo ptātem nō accipiunt/ad temptatōnis articulum nullatenus conualescunt. vnde quādo vnū malum intulerūt.ad faciendū aliud subito se accingunt. vnde exeūtes ab obsesso/porcos intrare petierūt. nam vt suam faciant maliciaz/etiā bruta ledere appetūt qn̄ cohibēte eos diuina potentia hoīes ledere nō presumunt. Idem in lib.xxiiij.fm̄ diuersas diuersorum cōplexiones/varias et diuersas parant temptationum illaqueātes deceptiones. nam letos temptant de luxuria/tristes et discordia/timidos de desperatione/superbos de presumptione. Idem li.xxij. Primo antiquus hostis temptās cōsulendo blāda et illicita animo suggerit post ad delectationez ptrahit/ad extremū per cōsensum possidens violenta cōsuetudine premit. vnde de ipso dicitur Job.xli. Fugiat caudam etc. Item idē grego.li.xxxij.mora. Nequaq̄ hostis callidus quēpiā premit/sed calliditate pestifere psuasionis et fraudulentis cōsilijs interficit/qui dum dulcia demones resonant/ad noxia cor inclinant. Item ibidē li.v.modo sicut est preditus hūanis sensib⁹ se obijcit/modo quasi angelū lucis se ostendunt. Item lib.xxxiiij.in fine mundi tanto feruētior erit ad seuiciam/quāto se sentit viciniorem ad iudicium et ad penam. Item ibidē tunc quicquid nequiter voluerit/callidus exquiret. tūc superbire ceruicem altius eriget. et illum damnabit hominem quem gustabit. omē quod poterit nequicie tunc ostendet. Item idem lib.xxxiij. Apparente iudicio/cuncto assistente celestis curie ministerio antiquus ille hostis diabol⁹/belua crudelis et fortis in medio captiuus adducetur. et cum suo toto corpore eternis iehenne incēdijs mancipabitur/vbi vtiq̄ inauditum erit spectaculum/quando hec immanissima belua electorum oculis ostendetur. Hec pauca de infinitis ꝓprietatibus malignorum spirituum/et eorū effectibus dicta sufficiant causa breuitatis. Alias vero ipsius sathane opationes/et occultas machinationes si quas scire desiderat/librum gregorij super Job perlegat et percurrat/maxime in duobus capitulis penultimis/scilicet.xl.et.xli.

Finit Liber secundus.

De anima et eius proprietatibus. Liber tertius.

Diuuāte iesu christo in precedentibus aliquas ꝓprietates de substantia penit⁹ incorporea de diuina scilicet natura et angelica (q̄ntum ad hoc spectat opusculum breuiter introduximus) nūc cum eiusdē interueniente auxilio/ad creaturam corpeam stiluz cōuertamus. ad dignissima creaturarum scilicet ab homine (qui naturam et ꝓprietatē sapit tam corporum q̄ spirituum) inchoantes.

Cum igitur homo (fm̄ Isid.) sit animal deiforme mansuetū natura fm̄ legez rōnis discipline susceptibile/diuinam habēs imaginē in potencia cognoscendi/et similitudinem in potentia diligendi. ad hoc ut rudib⁹ et paruulis hominis ꝓprietates manifestius innotescant/a partibus eius et quib⁹ est compositus est breuiter inchoandum. Et primo a natura digniore scilicet ab anima. fm̄ quam cū substantia angelica cōuenit ac ꝯcorda. qr fm̄ illaz supra naturam corporis homo ad celestia eleuatur. (Nā sicut dicit Isido.) abusiue est homo ab humo dictus. cum ex societate nō tantum corporis/sed anime sit conectus. et ideo grece antropos/id est surrum erectus appellatur. eo q̄ ab humo ad contēplationem sui artificis spiritus regimine subleuatur. Unde poeta. Pronaq̄ cū spectent aīalia cetera terram. Os homini sublime dedit celūq̄ videre. Jussit et erectos/ad sydera tollere vultus. homo itaq̄ celum querat/et nō tanq̄ pecus ventri obediens mentez in terra figat. Cum etiaz (fm̄ Isido.) duplex sit homo scilicet interior et exterior/primo ab interiori scilicet ab anima est tractandum.

Primo igitur videnduz est quid sit anima scd̄m rem et secūdum diffinitionem. et quid dicatur scd̄m ethimologiam/et nois impositionem deinde quid fm̄ potentiaz et virtutem. Tertio quid scd̄m effectum et operationē. Quarto q̄d scd̄m sui pfectibilis comparationem/scilicet q̄ sit eius proprietas quando cū corpe iungitur/et que quādo ab eo separatur. Anima vero rōnabilis de qua hic intendimus a quibusdam sanctis et philosophis diffinitur vt spūs a q̄busdaz

vt anima. a quibusdam vt anima et spiritus.
In quātum autem habet naturam spiritus di
finitur ab augustino in li. de motu cordis.
Anima est substantia incorporea intellectualis
illuminationis a primo vltima relatione per/
ceptiua. Ex qua diffinitione primam et preci/
puam cognoscimus rationalis anime propri
etatem. Spiritus enim humanus immediate
post angelos est diuine illuminationis recepti
uus. Item inquantuꝫ est anima diffinitur du
pliciter/ quia dupliciter vnitur corpori. scꝫ vt
motor mobili/ et nauta naui. Et secunduꝫ hoc
diffinitur a remigio sic. Anima est substantia
incorporea regēs corpus. Et ab aug. de aīma
⁊ spū. Anima est substātia quedam rōnis par
ticeps corpi regendo accomodata. Ex qua dif
finitione alia spūs ꝓprietas elicitur. s. q̄ qua
dam necessitate amoris ⁊ gubernationis ad re
gimē corpis sibi vniti naturaliter inclinat̃. Ex
quo etiam pꝫ q̄ aīma in corpore regendo non
ꝑ dimensionem ⁊ loci spacium in corpe exten/
ditur. sed eius virtute corpus vndiq̄ regitur ⁊
mouetur. sicut ponit Calcidius. exemplum in
cōmento super thimeum. de aranea que in me
dio sue tele residēs sentit qualemcūq̄ motū in
terius siue exterius factum sic ⁊ aīma in centro
cordis residēs sine sui dissensione totū corp⁹ vi
uificat ⁊ omniū membrorū motus dirigit ⁊ gu
bernat. Prout aūt comparat̃ corpi sibi vnito
vt forma ⁊ ꝑfectio diffinitur a philosopho in
libro de anima sic. Anima est endilechia/ idest
actus primus siue perfectio corpis siue phisici
organici potentia vitam habētis. Ex qua dif/
finitione patet q̄ quāuis corpi sit vnibilis/ nō
tamen omni/ sed solū organisato corpi ⁊ phi
sico/ idest naturaliter ad susceptionem aīme rō
nalis dispositio (infundit̃ ⁊ vnitur. Item in
quātum est aīa ⁊ spūs quadrupliciter diffinit̃
Primo in compositiōe ad creaturas generali
ter (sicut dicit aug⁹. in li. de aīma ⁊ spū) Anima
est omniū similitudo. Ex quo patꝫ q̄ anima ex
sui natura ad suscipiendū in se omniū rerum si
militudines est apta nata (vt dicit̃ in li. de ani
ma ⁊ spū) Anima ad similitudinē totius sapiē
tie facta in se omniū rerum gerit similitudineꝫ.
qr similis terre est ꝑ essentiaꝫ. aque vero ꝑ ima
ginationem. aeri ꝑ rōnem. firmamento ꝑ intel
lectum. celo empirreo ꝑ intelligentiam. Sexto
autem modo diffinit̃ in compatione ad deum
tanq̄ ad suam causam efficientem/ sic. Anima
est deiforme spiraculum vite. Ex quo patet ꝓ/
prietas anime q̄ nō ex radice/ nec ex seminali
rōne ꝓpagatur/ sed ad viuificationem corpis
a deo infunditur ⁊ creat̃. Item septimo modo
describitur in compatione ad deum sicut ad fi
nem suum sic. Aīma spūs intellectualis ad be
atitudinem in se ⁊ in corpe ordinatus. Et ex
hoc relucet alia ꝓprietas. s. q̄ aīma nō solum
separata beatificatur cū angelis vel sicut ange
lus imo ī corpe glorificato ipsius felicitas am
pliatur. Istas omēs diffinitiones sub quadā
generali descriptione cōprehēdit. Iohā. dam.
c. xxvi. dicens. Aīma est substantia viuens/ sim
plex/ ⁊ incorpea corpeis oculis ꝫm propriam
naturam inuisibilis ⁊ immortalis/ rōnalis/ in
tellectualis/ infigurabilis/ organico vtens cor
pore. ⁊ huic. idest corpi vite augmētationis sen
sus ⁊ generationis tributiua nō alium habēs
ꝑter seipsam intellectum/ sed ⁊ partem suiipsi
us purissimaꝫ. sicut eni oculus in corpore/ ita
est in anima intellectus arbitrio libera ⁊ volū/
taria ⁊ ꝑ̄paratiua voluntate vertibilis/ quoni
am causabilis. omīa hec ex eius gratia qui eaꝫ
condidit suscipiens ex quo ⁊ esse ⁊ naturam su
scepit (hucusq̄ Io. damas. in. c. supradicto)
Consimiles etiaꝫ ꝓprietates describit Bern.
dicens sic. O aīma insignita dei imagine de
corata similitudine/ despōsata fide/ dotata spi
ritu/ redempta xp̄i sanguine deputata cum an
gelis/ capax beatitudinis/ heres salutis/ parti
ceps rōnis. quid tibi cū carne ⁊c. Ex istis mul/
tis diffinitionibus ⁊ descriptionib⁹ varijs va/
rie ꝓprietates aīme rōnalis quo ad esse natu/
re ⁊ etiam gratie iam relucent.

Q
uid tamen sit ꝫm rem aīa plurib⁹
est incertū. Nam circa hoc antiqui
legunt̃ philosophi varias ⁊ quasi
ꝯtractas sententias ꝓtulisse. recitat eni ari. in
li. de anima q̄ plato posuerit aīam esse essentiaꝫ
se mouentē. Zeno vero dicit aīam esse nume/
rum se mouentē. Pythagoras hermoniam.
paphinom⁹ ydeam. asclipides vero dixit ani
mā esse quinq̄ sensuū exercitiuū/ siue consonū
hypocras autem spm̄ tenuem ꝑ omē corpus di
spersum. eraclitus phisicus luceꝫ vel scintillam
essentie aīam vocat. democritus spm̄ insertum
athomis. vnde ꝓpter facilitateꝫ mot⁹ totū cor
pus aīme peruium asserit. permenides dicit eaꝫ
ex terra ⁊ igne esse. epicurus dicit aīam quādaꝫ
spēm ex igne ⁊ aere esse. hypertus dicit aīmam
quandā vigorem igneum fore (iuxta illud.)
Igneus est illis vigor ⁊ celestis origo. Cuꝫ er
go tot ⁊ tam diuersa de substantia aīme a sapi
entibus sūt relata. hoc solum sufficiat quo ad
presens q̄ ꝫm sanctorū dicta. Aīma est quedā
spūalis ⁊ rōnalis substantia ad viuificanduꝫ
⁊ pficiendum corpus humanū a deo ex nihilo
creata. vnd' qr substātia est ꝯtrariorū susceptiua

Susceptibilis enim est scientie et ignorantie: virtutis et malitie. et hoc sine substantie sue inmutatione seu deperditione. Item quia incorporea est. non est sensu corporali puia neqz secundum dimensionem extensiua. Item qz simplex est in natura iō nec augmenti nec decrementi est in sua essentia receptiua. et ideo nec in corpore maiori est maior/ nec i minori minor. (vt dicit augusti. Item quamuis simplex sit et inuariabilis in substantia sua/ tamen est in potentia multiplex. Nam multitudo in virtute et potentia non ponit maioritatem in natura vel minoritatem. sed quo ad varios effectus est potentialis multitudo in anima. vnde non est maior in tribus ꝙ̄ in vna nec minor in vna dicatur ꝙ̄ in tribus. patet itaqz multipliciter anime ꝓprietas secundum rem et diffinitionem. luadius autem patebit anime conditio per nominis ipsius impositionem.

Anima igitur secundum Isido. a gentibus nomen accepit. ꝓ eo ꝙ ꝯm coꝝ opinionem ventus sit qz aerem ore atrahentes viuere videmus. sed hoc apertissime falsum est/ qz multo prius anima corpori infunditur ꝙ̄ aer ore capiatur. qz in genitricis vtero statim viuit quando a domino ī funditur et creatur. anima igitur dicitur/ eo ꝙ viuit. et corpus cui infunditur animat et viuificat. Spiritus vero dicitur qz vitam habet in se spiritualem/ animalem/ et naturalem. et qz spirare faciat ipsum corpus. Idem etiam in essentia est anima et animus. sed anima dicit vitam secundum rationem/ et animus consilium. vnde dicunt phi. animam id est vitaz sine animo id est sine consilio permanere. Dicitur etiaz anima mens/ quia tanquaz caput eminet. vel qz meminit. vnde et homo ꝯm mentē dicitur ymago dei. Item multa nomina anime sunt ita cōiuncta ꝙ vnū pro alio sepe ponitur. et per diuersa nomina vna anima diuersis respectibus naminatur. anima enim dicitur dum animat et viuificat. mens inquantum recolit/ animus dum vult/ ratio dum recta iudicat/ spiritus dū spirat/ sensus dum aliquid sentit. vnde et pro his anime proprietatibus scientia que anime est qualitas. est a sensu a quo nomen accepit. huiusqz Isido. li. xi. c. x. et xiij.

Anima vero plures habet potentias cum sit in substātia vna habet multiplicem compositionē ꝯm quā oportuit diuersam potentiarum ipsius ostendere partitionem. comparatur enim ad corpus ꝛ ad finē suū ꝛ ad actū suū. Scdʒ ꝯparōeʒ vo ad corp⁹ quinqz hʒ potentias quaꝝ ꝑma ē ꝯm augu. sensualitas que ē vis anime qua mouet et tendit in corporis sensus atqz appetitus rerum ad corpus pertinentium. hac potentia mouetur animal ad appetendum delectabilia refugit ꝙ nociua. Secunda potentia est sensus scʒ vis anime que cognoscit res sensibiles ꝛ corporales quando sunt presentes. Tercia ē imaginatio qua anima intuetur formas rerum corporalium quando sunt absentes. Quarta est ratio que inter bonum et malum/ verum et falsum discernit. Quinta est intellectus qua res non materiales sed intelligibiles comprehendit vt deum et angelum. et huiusmodi tres prime potentie/ scilicet sensualitas/ sensus/ et imaginatio sunt in anima prout corpori ē vnibilis et ei influit vitam et sensum interiorem et exteriorem ad ipsius corporis perfectionem. ꝛ he potentie hominibus et brutis sunt communes. due vero alie. scʒ ratio et intellectus sunt i ea prout a corpore est separabilis et remanet separata. sicut angelus. et hoc secundum duplicem aspectum. respiat namqz superiora/ et sic intellectus nuncupatur. respicit et inferiora/ et sic ratio dicitur. prout autem anima comparatur ad finem suum triplicem habet potentiam. scʒ rationabilem/ qua tendit in verum. concupiscibilem/ qua tendit in bonum. et irascibilem/ q̄ tendit in arduū et eternum. In rationabili ē cognitio veri. Item concupiscibili voluntas ꝛ desiderium boni. In irascibili est fuga cōtrarij. s. mali. Omnis itaqz potentia sic considerata ē cognitiua siue apprehensiua veri. vel affectiua boni/ vel motiua ad fugam mali. De vi igitur apprehēsiua siue rationabili omnis sensus oritur. De vi autem motiua concupiscibili et irascibili nascitur omnis affectio seu affectus. que affectiones sunt quatuor. s. gaudiū spes timor ꝛ dolor. Prime due nascuntur de concupiscibili nam de re quā concupiscimus gaudemus. et gaudendo speramus. Due vero alie. s. timor et dolor oriuntur de irascibili. qz de eo qđ odimus iam dolemus/ et dolendo timemus. Hi si quidem quatuor affectus virtutum omnium et viciorum. quedam sunt subtracta materia sicut alias est ostensum. et hoc patet per augu. i libro de anima ꝛ spiritu. vbi hec oīa declarant.

Prout vero consideratur anima in comparatione ad suum actum: triplex potentia occurit. s. vegetabilis sensibilis/ rationalis. immo in diuersis subiectis triplex dicitur anima. s. vegetabilis. que ē in plantis et radicibus/ sensibilis q̄ est in brutis animalibus. rōnalis in hominibus. Vnde animā vegetabilem comparat phūs triangulo

quia hmōi tres sunt partes. generatiua/nutri/
tiua et augmentatiua. vnde hec potentia seu a
nima prima est similis triangulo in geometria
animam sensibilem comparat quadrangulo.
quia quadrangulus ducta linea ab angulo ad
angulum duos facit triangulos anima sensi/
bilis duas facit triangulos potentiarum vbi
cumqꝫ.n. anima est sensibilis/ ibi et vegetabi/
lis inuenitur/sed non econuerso. aīam aūt rō/
nalem ꝯparat circulo rōe sue perfectionis et ca
pacitatis. oīm.n. figurarum vsos perimitariū
idest equales ambitus habentium maximus
est circulus. quāuis.n. ꝑfectibilis facta sit in sci
entia et virtutibus anima rationalis. vt dicitur
in libro de anima. perfectissima est et capacis/
sima instar circuli quantum ad potentias na/
turales. vñ supposita aīa rōnali/ presupponi/
potentia vegetabilis et sensibilis ꝭ nō ꝯuertiꝭ

a Nima igitur vegetabilis potentiā
habꝫ generatiuam necessariam ad
multiplicatōnē. potētiā nutritiuā
ad conseruationem indiuidui. sed potentiam
augmentatiuaꝫ ad perfectionē subiecti. Huic
autem virtuti vegetabili quatuor deseruiūt scꝫ
virtus appetitiua que fuit necessaria i nutrimē
to digestiua. que separat conueniens ab incō/
ueniemi in nutrimento retentiua que transmit/
tit ad singulas partes in animalibus. ⁊ ad sin
gulos ramos in plantis. quod conueniens est
in alimento et coniungitur eis vt restauretur de
perditio tam in animalibus ꝙ in plantis. Ex
pulsiua/que expellit istud quod nature est incō
ueniens et nociuum. Sunt et alie virtutes et
potentie vegetabili administrantes. vt inmuta
tiua / informatiua / assimilatiua / personalis
aspera/lenis. quarum differentias non inten/
dimus prosequi. qꝛ in li. Job per se patent.
Ex predictis igitur breuiter recollige ꝙ anima
per potentiam vegetabilem in plantis de siti
bus similia producit/et producta in esse mul/
tiplicat et custodit. Iteꝫ que sunt necessaria ad
nutrimentum appetit(recipit/ incorporat atqꝫ
viuit ⁊c. Item que inconuenientia sunt abijcit
et excludit. Itē per generatiuā virtutem cui di/
seruit passiua multiplicat speciem et ad esse ꝓ/
ducit. Iteꝫ ꝑ nutritiuam spēm multiplicatam
refouet atqꝫ nutrit. Item per augmentatiuam
subiectum dilatando in debita quantitate ꝑfi
cit et producit. Item senio et temporis muta/
bilitate deficit/et tandem pereunte corpore ip
sa perit. Hec dē aīa vegetabili hic dicta sufficiāt

b De anima autem sensibili quantū
ad potentiarum suarum differenti
as aliqua pauca breuiter sunt di
cēda. Nam virtus sensibils in subtilissimis ce/
rebri ventriculis sedem habet. ab ipso autem
cerebro per neruos et arterias per singulas ꝑ
tes animalis se diffundentes motum et sensuꝫ
voluntariuꝫ in singulis membris operaꝭ. Du
plicem itaqꝫ habet anima sensibilis potentiā.
scꝫ aprehensiuam et motiuam. aprehensiua
vero diuiditur in sensum cōmunē siue interio/
L Epra est vniuersalis membrou corruptio et humorum/ inicium habens a vasis et complementuz in fontibus siue extra vasa. Na corrupto humore nutrimentali de facili corripiuntur membra que ex huiusmodi humoribus nutriuntur. Omnis autem elephantia siue lepra (secundum Constantinum) habet pncipium principaliter a corruptione melancolie. (vnde dicit Constantinus.) Lepra est passio frigida et sicca nascens de colera nigra/ intensa/ et putrefacta/ apparens in supficie corporis. Nascitur quidem de quatuor humoribus putrefactis/ sed tamen intensis et corruptis et in coleram nigram commutatis (vt dicit idem ibidem). Putrefactio autem humorum quibus admiscetur melancolia ppter eius qlitatem frigidam et siccam putrefactioni repugnantem non potest compleri in vasis siue venis quoad vsqz incorporetur et moram faciat in membris in quibus completur putrefactio ex qua sequitur ipa lepra. Melancolicus eni humor ppter suam duriciem et compactonem longam moram expetit ad sui putrefactonem si autem in venis aliquo casu putresceret/ potius febrem qz lepram generaret. Diuersificat autem lepra qtuor modis secundum quatuor humorum mutuam infmixtionem. Est. n. vna species ex pura melancolia. et hec pprie dicitur elephantia/ ab elephante animali maxime sic vocata/ ppter morbi maximum nocumentum quo infestat patientem. vnde hec passio durior est ceteris tanqz compactior et difficilior ad curandum et repugnandum. Secunda fit ex melancolia et fleumate. et hec dr tyria vel serpentina a tyro serpente. quia sicut serpens talis de facili dimittit spolium et est squamosus. sic patiens talem lepram de facili excoriatur in cutis superficie et resoluit in quandam squamam. Tertia species fit ex melancolica sanguinis infectone. et dr allopicia et vulpina. Allopes enim grece/ vulpes dicitur latine. cuius pprietas est ppter calefactionem sanguinis in epate estiuo tempore depilari. sic patiens istam lepre speciem/ a supercilijs et alijs pilis corporis depilari et spoliari notabiliter psueuit. Quarta spes est ex colera rubea corrupta in membris cum melancolia. et dicitur leonina/ a leone tali animali calidissimo et fortissimo. Sed hec species lepre causatur ab humore feruentissimo/ et super modum malicioso. et ideo more leonino corrodit et destruit omnia membra. Est igitur ex melancolia corrupta pncipaliter elephancia/ ex corrupto fleumate tyria siue serpentina ex corrupto sanguine allopicia seu vulpina. ex colera vero rubea pessima leonina. De quatuor species lepre habent quedam signa communia/ et quedam specialia quibus ad inuice

distinguuntur. Uniuersaliter autem hec passio talia habet signa. caro in eis notabilier est corrupta ꝛ species immutatur. rotundanť oculi ꝛ palpebre corruganť. aspectum habent scintillantem maxime in leonina. angustiantur nares ꝛ contrahuntur vox rauca efficitur/ potissime in elephātia/ tuberositates crescunt/ in corpore multa minuta ꝛ dura ꝛ rotunda/ cutium fit quedam insensibilitas ꝛ etiam aliorum extremorum. vngues ingrossanť cum quadaꝫ inequalitate/ ꝛ quasi scabiosi efficiunť. contrahūtur digitorum articuli/ ꝛ manus quasi aride efficiuntur. corrumpitur eorum anhelitus / ꝛ eiꝰ fetore sepius sani corrumpuntur. carnis ꝛ cutis superficies redditur vnctuosā tantum. vt si aqua supfundatur/ non madescit cutis ꝫ elabitur quasi a corio madefacto. pruritum quādoqꝫ cum scabie/ quandoqꝫ sine scabie patiunť/ maculis varijs nunc liuidis/ nunc rufis/ nūc nigris/ nunc subalbis in corpore resperguntur tybie illorum maculis ꝛ pustulis precipue superabundant/ nunc apparent/ nunc disparēt. nunc exterius erumpuntur/ nunc interius se ꝑfundant. Si vero inter pustulas tybiaꝝ semper vnam maiorem ceteris inueneris/ signum est lepre confirmate. Signa autem lepre maxime apparent in extremitatibus. vt in pedibus cruribus/ ꝛ in facie. ꝛ precipue in musculoruꝫ corporis consumptione ꝛ minoratione.

Preter istas conditiones lepre communes/ quelibet species lepre habet suas proprias ꝛ speciales. Nam patientes leoninam habent colorem magis croceum ꝛ citrinum. ꝛ oculos magis scintillantes ꝛ eminentes/ ꝛ etiaꝫ multum mobiles. cutem habent alijs asperiorem scissam sepe ꝛ diuisam. pre alijs etiā sunt pruriginosi/ ꝛ in fine in omnibus membris plus corrosi. Patientes vero allopiciam/ ex toto depilantur eorum cilia ꝛ supercilia. valde tument ꝛ inflantur/ eorum oculi etiam valde rubent/ pustulas in facie rufas habent. ab eorum pustulis sanguis cum sanie sepe manat/ nasus in talibus ingrossatur/ ꝛ deficit odoratus. fetet valde eorum anhelitus/ ꝛ maximam corruptionem sustinent in gingiuis. Patiētes tyriam tuberositates ꝛ pustulas habent molles. mollem ꝛ subalbidam habent cutem ac tumidam ꝛ quoddammodo relucentē. squamositatem non modicam/ ꝛ pediculorum vermium multitudinem. Has ꝛ alias pessimas habent conditiones/ que ex fleumate corrupto originem sortiuntur. vt sputa/ immunda/ ꝛ viscosa/ ꝛ saniosa. ꝛ nares obturatas/ ꝛ huiusmodi. oculi eorum lachrymantur ꝛ fluunt/ ꝓpter humidam superfluitatis resolutionem. putrefactionem patiuntur. labiorum ꝛ gingiuarum ꝛ trachee arterie patiuntur asperitatem ꝛ efficiuntur rauci. Sanguis post fleubothomiam in liquidam defluit substantiam illud autem quod est solidum/ est album / vel subpallidum cum lauatur. cito coagulatur/ ꝛ in multa quantitate. Patientes vero elephantiam colorem habent emulum / faciem plumbeam / ciliorum patiuntur depilationem/ oculi eorum rotundantur/ nares cōstringuntur/ musculi consumuntur. ꝛ hoc est commune in omni lepra sicca plusquam in humida. insensibilitatem maiorum digitorum precipue patiuntur. tarde venit ad augmentum/ sed cum venerit/ inducit scissuras. sanguis extractus liuidi coloris vel subnigri/ cito coagulatur/ ꝛ quanto magis fricatur/ tanto magis denigratur ꝛ induratur. in medio sunt quasi vene albe vel quasi rami neruorum. ꝛ illud est commune in omni lepra. Nascitur autem lepra a causis varijs preterquam ab humoribus predictis. sicut ex cohabitatione ꝛ conuictu/ ꝛ frequenti confabulatione cum leprosis. contagiosus enim est morbus ꝛ aliorum infectiuus. Accidit etiam ex accessu ꝛ coitu mulieris statim a leproso precognite. Quandoqꝫ accidit a parentibus generantibus. vt ex corrupto sanguine leprosi generantis. vnde hec contagio quasi iure hereditario transit ad ipsam prolem. Aliquando etiam accidit quādo concipitur fetus tempore menstruorum. vť quando ex corrupto lacte mulieris leprose nutritur fetus. Aliquando autem accidunt ab extrinseco. sicut ex aere corrupto ꝛ infecto. ex mala dieta. vt ex cibis melancolicis nimis frigidis ꝛ siccis. vt ex carne bouina / asinina / vrsina / ꝛ huiusmodi. Aliquādo ex cibis nimis calidis. vt ex nimis diuturno vsu fortis alliate/ piperate ꝛ huiusmodi. Aliquando accidit ex cibis corruptis ꝛ corruptioni obedientibus vt ex carne porcina/ granulis infecta ꝛ sup seminata/ ꝛ vino impuro ꝛ corrupto. Aliquādo ex morsu alicuius reptilis humorum ꝛ mēbrorum substantiam corrumpens. Istis ꝛ alijs modis sepe vitiū lepre in humano corpore generantur. sed quocunqꝫ modo generatur vix est curabilis nisi diuina manu postquā perfecte confirmatur. palliari tamen potest ꝛ ꝑcaueri ne destruat ita cito.

Caueat itaq; patiens precipue a cibis melancolie generatiuis. ⁊ etiam a cibis incensiuis sanguinis. Subtili igitur dieta ⁊ conuenienti nutriatur non corruptibili neq; ꝯuertibili. Si autem sanguis sit i causa. vt in allopicia pmo debet fleubothomari. deinde purgari debita medicina. In alijs autem speciebus primo debet precedere fermacia/ ⁊ deide si necesse fuerit/ sequatur fleubothomia/ aliter non. quia aliter noceret. (vt dicit ꝯstantinus.) Debitis ergo ⁊ congruis debet vti medicinis interius/ ⁊ debitis emplastris ⁊ vnguentis exterius. Ut sijnthomatibus occurratur. Ad curationem vero lepre/ vel saltem palliationem valet maxime (vt dicit Plato) Serpens rufus habens ventrem album si euacuato veneno cauda scʒ precisa ⁊ capite ablato coctus cum porris in cibo frequenter assumatur. Eodem modo si vinum in quo diu putruerit patientibus sepe ꝓpinetur. Hec eniʒ medicina vtilis est multis morbis. vt patet in ceco de quo narrat idem/ ꝙ vxor eius dedit ei serpentem cum alijs comedere ꝓ anguilla vt eum interficeret. quem appositum comedit/ ⁊ multo sudore emisso visuʒ recuperauit. Et hec de diuersis speciebus lepre dicta sufficiant.

De Morphea.

m Orphea est macula in cute veniens ex nutrimenti corruptione/ qꝺ enim est lepra in carne/ hoc morphea est in cute. Morphea auteʒ alia est alba ex fleumate/ alia nigra ex melancolia/ alia rufa ex colere siue sanguine. Ista autem morphea que est ex melancolia ⁊ fleumate difficilis est ad curandum. Sed ista que est ex sanguine/ facilior est ad curandum. Tunc autem morphea est incurabilis/ quādo cutis faciei puncta acu/ sanguinem non emittit. Si vero sanguis fuerit subsecutus/ curabilis iudicatur. Morphea igitur tota in cute est sed lepra in carne ⁊ in cute. Hec eadem infectio parum differt a gutta rosea que inficit faciem quibusdam paruis ⁊ mollibus pustulis. que ex viscosis humoribus sanguineis ac colericis intercutaneis generantur Hec passio primo sanguinis subtractione minuatur/ ⁊ interiorum humorum mundificatione curetur. deinde subfumigatione ⁊ balneatione facies fomentetur/ ⁊ poris apertis materia intercutanea euaporetur. deinde mundificatiuis/ desiccatiuis/ locus patiens abluatur. vnguentis etiam debitis inungatur. Dicit etiam Constantinus ꝙ contra istam infectionem valet vnctio calidi sanguinis leporini. Nam sanguinem intercutaneum diuidit/ repercutit/ ⁊ consumit. Super omnia autem contra huiusmodi passionem humoris intercutanei valere dicitur fumus terre in balneis/ subfumigationibus/ in potionibus/ ⁊ syropis/ potui enim datus scabiem/ pustulas/ ⁊ prurigiuem mundat. humores superfluos inter carnem ⁊ cutem desiccat/ vel ad lepram depositos iuuat. Et hec de passione morphea nunc sufficiant.

De venenis.

p Reter passiones superius nominatas accidit homini grauissima ⁊ periculosissima mors ꝑ venenum ⁊ passio. Ueneнū autem cum ex tota sua specie cōplexioni hominis sit contrariuʒ subito interficit nisi remedium citius apponatur. Uenenum autem aliud accidit ex corruptione ciborum ⁊ potuum/ Aliud ex morsibus reptilium/ ⁊ serpentum/ ⁊ quorundam animalium/ quorum humores ⁊ dentes sunt humano corpori venenosi. Uenenum autem aliud est calidum ⁊ siccum. sicut venenum tyri/ vipere/ ⁊ huiusmodi. Quoddam autem frigidum ⁊ siccum. vt scorpionis. Quoddam frigidum ⁊ humidum. sicut aranee. Uenenum autem serpentis variatur in malicia. (vt dicit Auicenna in capitulo primo de venenosis.) Nam venenum masculinum acutius est ⁊ fortius quā femininum. tamen feminei serpentes plures habent dentes ꝙ̄ masculini/ ⁊ ideo putanť deteriores. (vt dicit Auicenna.) Item venenum senum peius est ꝙ̄ venenum iuuenum/ ⁊ magnorum ꝙ̄ curtorum in eodem genere. ⁊ peius ⁊ acutius est illorum qui habitant in montibus ⁊ in siluis/ ꝙ̄ illorum qui habitant iuxta littora ⁊ iuxta aquas. Item peius est venenum quod effunditur a vacuis ⁊ a ieiunis/ ꝙ̄ a repletis. Item deterius est ⁊ acutius in estate ꝙ̄ in hyeme. citius eniʒ ⁊ facilius pungunt serpentes in meridie/ ꝙ̄ in mane. ⁊ in die ꝙ̄ in nocte. quia calore resoluitur venenum vsq; ad extrema. quod in frigore ⁊ in frigido tempore ꝙ̄ si in vno loco congelatur. Uenenum vero tyri ⁊ vipere ⁊ alioꝝ quorundā serpentū ꝙ̄uis sit calidū accidit tamē morsis ab eis stupoꝝ/ ⁊

frigiditas propter mortificationem ⁊ extinctionem caloris innati per contrarietatem veneni. Calor enim naturalis sua spersione ⁊ inflammatione calefacit corpus/qui repressus ⁊ quasi extinctus vi veneni extremitates non calefacit/vnde venenum calidum non aggregat sanguinem cordis calidum/sed resoluendo calorem innatum mortificat ipsum. Venenum autem reguli ⁊ basilisci tante est violentie/quod adhuc existens in corpore adurit totum super quod incedit. vnde in circuitu caverne eius nihil virescit. aues volando ex opposito caverne sue subito interficit ⁊ omne animal sibi appropinquans stupefit nec mouetur. sed solo venenoso aspectu eius/vel flatu/vel sibilo cadit ⁊ moritur. ⁊ ille quem mordet liquefit ⁊ inflatur ⁊ emittit virus ⁊ subito moritur. Tante etiam fortitudinis est venenum reguli quod etiam si hasta eum tangeres/per haste longitudinem veneni sentires violentiam (sicut narrat Auicenna.) de quodam milite qui cum lancea tetigit hominem talem in nubia ⁊ statim cecidit mortuus cum animali suo. Signa autem lesionis basilisci/subita transmutatio est corporis in viridem colorem ⁊ mors inopinata. In loco vbi regulus commoratur/venenum aspidis perniciosissimum est. interficit. n. sepe infra duas horas vel tres. cuius morsus signa sunt ista. coloris cutis subita alteratio. singultus multiplicatio/membrorum repentina infrigidatio/dormitio ⁊ palpebrarum profunda clausio. sitim prouocat immoderatam. vnde videtur patienti quod moriatur sola siti. Venenum autem cuiusdam aspidis qui dicitur spuens (eo quod interficit per sputum suum) ita est violentum/quod interficit omne viuum. quod tangit illud sputum. interficit enim priusquam sentiatur. Sentit enim lesus dolorem in principio circa viscera/⁊ accidit venenato tenebrositas oculorum ⁊ clausio ⁊ profunditas somni cum spasmo ⁊ torsione colli ⁊ pulsu inordinato. nec valet contra illud venenum aliqua medicina nisi sola combustio membri in quo est vel passio membri. quia combustio exurit ⁊ constringit meatus ne venenum valeat ad cor penetrare. Venenum etiam draconis multum est venenosum ⁊ maliciosum/cuius venenositas maxime est in cauda ⁊ in felle. Illud venenum consequitur maxima grauitas corporis. inflantur labia/⁊ accidit vertigo ⁊ tenebrositas oculorum/⁊ destruitur ratio. motus fit inordinatus ⁊ debilitas virtutis subsequitur.

Venenum autem scorpionis est mortiferum/nisi citius occurratur. arsuram ⁊ puncturam generat circa membrum vbi est punctura. ⁊ cum peruenit ad cor/patiens syncopisat ⁊ resoluitur in sudorem. tandem constringit cor ⁊ sanguinem sua frigiditate congelat/ex quo sequitur mors/⁊ destructio animalis. Quere infra de scorpione libro vltimo.

De morsu rabidi canis.

m j Morsus etiam rabidi canis est mortifer ⁊ venenosus. (Nam vt dicit Constantinus) Canis frigidus est ⁊ siccus/qui colera nigra dominatur/que mutata ⁊ putrefacta ⁊ dominans corpori/canem efficit rabiosum/fumositas enim resoluta ex nigra colera iam incensa/inficit cerebrum. Unde cum discurrit ad diuersas partes eas inficit ⁊ efficit venenosas. vnde cum aliquid momorderit/⁊ eius saliua venenosa subintrante locum morsionis: inficiuntur humores ⁊ spiritus ⁊ contrahitur venenum infixum ad locum consimilem sue generationi scilicet ad cerebrum ⁊ efficitur homo rabiosus. qui si alium momorderit/eum inficit. ⁊ etiam illum rabidum facit. vnde tale venenum summe est periculosum. tum/quia diu latet. tum quia se multiplicat. Aliquando etiam latet vsque ad anni reuolutionem. ⁊ tunc eadem die ⁊ hora qua fuit infixum caput petit ⁊ frenesim facit. Hanc venenositatem sensu nature percipiunt alij canes ⁊ fugiunt rabiosum/⁊ latrant supra ipsum ad terrendum eum (vt dicit Constantinus.) quia sentiunt eum sibi contrarium ⁊ nociuum. Accidit autem hec venenosa rabies maxime in autumno. Quia tunc melancolia ratione similitudinis multiplicatur/que etiam in vere. quia per calorem temporis dissoluitur/⁊ non consumitur. ⁊ ita per conculcationem incenditur ⁊ egreditur preter naturam. tante etiam venenositatis est lingua canis rabidi. quod facit canem titubantem siue nutantem. sicut ebrium/⁊ aperto ore lingua dependente ⁊ saliuam continue emittente. que cadens in ipsas aquas inficit ⁊ bibentes ex eis hydrophobicos efficit ⁊ furiosos. Alias proprietates canis rabidi quere infra de cane.

Morsi autem a canibus vident in somnis terribilia. ⁊ sunt timorosi/stupidi. sine causa irascuntur. ab alijs videre timent/⁊ sicut canes latrant. ⁊ super omnia timent aquam (⁊ abhorrent.

⁊ tūc hec passio vix curaꝛ. (huc usq; constanti.)
Sunt autem multa alia venenosa ⁊ venenoꝝ
picula. ꝫ de istis mentio spāliter habetur in di
uina scriptura. ⁊ ideo de alijs supsedendū est
quo ad pn̄s opusculum ista vice. Hoc solum
arbitror h̄ aduertendum / ꝙ venenum multa ⁊
infinita incommoda in corpore operaꝛ. Cum
enim tota sua species nature ⁊ cōplexioni hu
mane sit contraria / quando p̄ualet in corpore
totam naturam distemperat spūs ⁊ humores
corrumpit ⁊ alterat sua malicia ⁊ acumine. qḋ
nobilius est in corpore scʒ regioneʒ cordis p̄
mo aggreditur ⁊ impugnat. animalem spiritū
suo acumine percutit in cerebro ⁊ perturbat /
sensuum organa ⁊ eorū opationes subito de
bilitat. neruos concutit ⁊ vulnerat. venas ⁊ ar
terias inficit / asperat / ⁊ corrugat / torturam / ar
suram / mordicationē in interioribus generat.
substantialem cordis ⁊ epatis humiditatē nūc
incendit / nunc congelat / nunc dissoluit ⁊ resol
uit / nunc penitus ꝯsumit ⁊ desiccat / dum inte
riora comburit exteriora infrigidat ⁊ econuer-
so. sepe cordis superficiē vehementi calore ex-
terius afficit. ⁊ tamen potentiali frigore sang-
uinem in venis cordis mortificat ⁊ cōstringit
sui diffusione. per membra corpus intumescit
nunc etiam pallet / nunc liuet / nunc viret subi
to / nunc nigrescit per macularum diuersitateʒ
corporis exterius inficientem superficiem / eiꝰ
interior malicia innotescitur / ⁊ abbominatio-
nem ⁊ nauseam horribilem stomacho ingerit.
⁊ ip̄a vitalia membra acumine suo penetrat ⁊
corrodit. ꝓpter quod natura eius impetum fer
re non sustinens deficit vltimo ⁊ sucumbit cor
pori p̄dominans. humores in sui similitudi-
nem conuertit / ⁊ venenosos ⁊ noxios eos effi
cit. ⁊ ideo piculosum est tangere corpora q̄ ve
neno sunt infecta. quia pꝫ euaporatōnem sepe
inficiunt ⁊ corrumpunt omnia que sibi sunt ꝓ
pinqua. Sepe autem ꝯtingit ꝙ venenosuʒ in
se cum nature sit horribile ⁊ inimicum appetiꝛ
a natura non ꝓpter se / ꝫ ꝓpter aliquod dulce
⁊ amicum nature cui est admixtum. quia sepe
sub specie dulcis ⁊ sapidi occultatur ⁊ latitat
vis veneni. Et ideo docet constantinus vt ho
mo qui timet venenum non solum caueat a fe
tidis ⁊ amaris / verum etiam a dulcibus ⁊ sa-
porosis ⁊ salsis ⁊ acetosis ⁊ consimilibus. qꝛ
sub talibus que appetit natura / sepe veneni
malicia palliaꝛ / Docet etiam ꝯstantinus p effe
ctum cognoscere quando venenum in cibis vł
potibus est assumptum. Si quis (inquit) in
cibo vel potu senserit arsuram ⁊ subsecutus fu
erit cito spasmus vel tumor in digito vel ī vn
gula venenosum est ⁊ mortale. ex quo etiaʒ ap
paret signum veneni in digitis ⁊ in vnguibus
qui fiunt ex fumositatibus cordis / signum est
ꝙ venenum preualuit circa interiora eo ꝙ iaʒ
se diffundit ad extrema (⁊ sequitur ibidem.) si
militer si oriauerint ⁊ saliuam effluere fecerint
⁊ labia formicauerint / ⁊ in lingua ardor fuerit
atq; sudauerint / precordia prestrinxerint ⁊ ob
tenebrauerint oculi oportet vt festinent ad me
dicinam alioquin cito morientur. Est igitur
generalis medicina contra venenum in corpo
re sumptum vt p̄mo vomitus prouocetur. ⁊ sic
superius vel per clisteriꝫ inferius venenosa ma
teria euacuetur. deinde tyriaca que veneni re-
pressiua est ⁊ consumptiua cum vino decoctio
nis rute offeratur. ⁊ hoc tribus diebus. dein-
de debet purgari ⁊ balneari secundum exigen
tiam veneni. ad vltimum debet fieri fleuboto
mia. dieta debet ordinari vt nutriatur vnctuo
sis opilatiuis meatum ad cor / ne vapor vene
nosus possit ad cor exalare. valent itaq; in hoc
casu nuces magne ⁊ auelane / ficus sicce. attra
hunt enim venenum ⁊ consumunt. ⁊ ideo va
lent ante prandium ⁊ post. (Dicit etiam con-
stantinus) ꝙ moltum valet balsamus cum la-
cte mulieris contra arsuram ⁊ dolorem ex re-
bus venenosis. Item ibidem sequitur. An
dromachus dicit nullam fuisse causam confi
ciendi tyriacam / nisi ad destruendum res ve-
nenosas. quod tribus modis fit. quia venenū
desiccat ⁊ consumit. multa enim recipit desic-
catiua. Item venenum virtute sua expel
lit / quia multa recipit que occulta proprietate
veneno contrariantur. Item membra con
fortat / ⁊ ideo eis contra violentiam veneni ad
resistendum vires tribuit. multa enim recipit
confortatiua. Si vero tyriaca haberi non
poterat / ⁊ periculum est in mora / allium (vt di
cit Constantinus) conquassetur / ⁊ vsq; ad dis
solutionem cum gallina crassa decoquetur. et
ius detur ad bibendum. veneno enim repug-
nat ⁊ miro modo interiorem arsuram mitigat
⁊ ideo tyriaca rusticorum allium nuncupatur.
sine allio dicitur valere ius galline secundum
constantinum. dicitur enim in libro de simpli
ci medicina. Quedam repugnant veneno
ip̄m attrahendo ab interioribus calore ⁊ sub-
tilitate substantie sue. sicut gallus ⁊ gallina fis
so superposita venenoso morsui. Quedam
enim repugnant similitudine ⁊ subtilitate sub
stantie sue contra substantiam veneni. Et iō
sua similitudine venenum ad se attrahunt /

vt caro tyri quadam ꝓprietate occulta repug
nat. q̃dam composita vel simplici efficacia ⁊ ṽ
tute. sicut calamentum / succus / caulis / orobi /
grana cytri / ypiron / nastortium / ruta / sal / por
rum / aristologia / nuces ꝯmeste cū ruta / radix
asparagi ⁊ semen eius / balsamū / acetum / san
guis leporis / lac asine / vrina puerorꝫ / hyrici⁊
testiculi ceruini ⁊ asinini siccati ⁊ bibiti / casto/
reum / allium / genciana / menta / dyptanum / ⁊
multa alia infinita. q2 enim multa sunt vene/
nosorum picula / ideo diuina bonitas multa
supaddit antidota ⁊ remedia. Sz ista exempli
grã nunc sufficiant.

De Morsu canis.

Contra morsum canis rabidi ⁊ aliorꝫ
venenosorꝫ animalium solent aperiri
vulnera cū igne vel ferro. vt cum san/
guine extro venenum affluat. Apponi solent
sanguissuge ⁊ ventose / vt venenum ab interio
ribus extrahatur. Interius solent dari ista queve
neno repugnant siue sint simplicia siue compo
sita. tyriaca exterius sup vulnera similia catha
plasmanř sicut nuces pistate cum allio / ruta / ⁊
sale. Ualent. n. nuces ꝯmeste ⁊ supra modum
posite cum p̃dicř dixit dyas. ꝙ cancri fluuiales
hñt occultam virtutem ꝯ hoc venenum. ⁊ ideo
docet ꝯstan. dare talibus tyriacam cum aqua
cācrorum fluuialium. cinis etiam cancrorꝫ cū
genciana pticulare est remedium ꝯ huiusmni
morsus. vt dicit idem. ⁊ etiam ꝯ hominis mor
sum rabidi. Specialiter valent ista. succus / ca
prifolij / cepe / ruta / nuces / allia / sal / frondes /
ficus / mento / orobum / hec oīa vel aliq̃ cū ace
to ⁊ melle talibus morsibus salubriř apponū
tur. (vt dicit ꝯstan.) hec. n. omnia venenum at
trahunt / ⁊ sua caliditate ⁊ siccitate dissoluunt
⁊ destruunt ac ꝯsumunt. Contra morsum ⁊ pū
cturam scorpionis oleū in quo submergiř vel
decoquiř scorpio sup puncturam appositū sū
mum remedium est. Item si accipiař idem scor
pio vel alius ⁊ ꝯtritus siue pistatus super vul
nus apponař / vtilissimum est. reuertiř. n. vene
num infixum ad corpus vnde exiuit. Item di
cit ꝯstan. ꝙ multū valet butirū hominū ꝯ vene
num scorpionis / nā butirum vnctuositate sua
opilat / caliditate dissoluit ⁊ ꝯsumit / viscosita
te ⁊ humiditate sua mundificat ⁊ abstergit
Butirum ĝ ꝯmestū opilat meatus / ne fumus
veneni ad cor ascendat. valent etiā cancri flu/
uiales si eorꝫ cinis vel ipi cocti / vel assati sub
cinere denř cum lacte asinino. vt dicit ꝯstanti.
Ad idem valet castoreum ⁊ sulphur vt di. idē.

vtrunq3. n. calidum est ⁊ siccum in quarto ĝdu
⁊ ideo valet ꝯ venenum frigidum. q2 soluūt ca
liditate ⁊ ꝯsumunt siccitate. Contra morsū co
lubri ⁊ serpenř ⁊ vipere venenum. Primo vē
tosis vel mō alio de vulnere vel punctura sub
ito extrahař. Tyriaca cum vino decoctōnis gē
tiane / vel rute / vel mente offeratur circa locum
supra vulnus tyriaca apponař. Idem fiat al/
lio sale contrito vel cum ruta si defuerit tyria/
ca constringatur fortiter in p̃ncipio membrum
in quo fit morsus vel punctura ne possit fum⁹
veneni libere erumpere ad interiora ⁊ interius
cum veneno repugnātibus occurrař. Dicit eti/
am ꝯstan. ꝙ ꝯ hmōi venenum valent cerebrū
galline ⁊ fimus agninus. succus de frondibus
malo ĝnatorꝫ. Dissoluunt. n. ista venenum ⁊ ꝑ
parāt ꝯsumptionem. vt dicit ꝯmen. Hec de ve
nenis ⁊ eorum remedijs nunc sufficiāt.

De exhibenda ꝯ varias infirmita/
tes ⁊ picula debita ⁊ ꝯgrua / indi
get prudens medicus circumspe/
ctione maxima ⁊ cautela. Nihil. n.
plus impedit salutem infirmorum ꝙ̃ ignoran
tia ⁊ negligentia medicinorum. quia igiř ex p/
te medici exigitur vt nihil omittat de ꝯtingen
tibus. necesse est vt in his que ad medendi per
tinent industriam diligens sit ⁊ in omnib⁹ cir
cumspectus. oportet itaq3 medicum ad hoc vt
efficaciř operetur cognoscere ꝯplexiones hominū
ꝯpositiōnes ⁊ ꝯmixtiones tam membrorū ꝙ̃
humorꝫ dispōes temporꝫ / ꝯditiones sexuum ⁊
etates. alia. n. medicīa exigiř in hyeme / alia in
estate / alia in morbi inchoatione / alia in statu
alia in declinatione / aliā exigit etas puerilis /
aliam decrepita / aliam senilis / aliam sexus vi
rilis / vel sexus muliebris. oportet etiam vt co/
gnoscat causas ⁊ occasiones egritudinum siĝ
⁊ accidentia singularum infirmitatum. Nun
quam enim secure poterit dari medicina si cau
sa morbi fuerit ignota. oportet etiam cognosce
re rerum medicinalium complexiones / ṽtutes
⁊ operationes / nisi enim cognosceret que me/
dicina simplex que composita / q̃ frigida / que
calida / que corporꝭ sit immutatiua / que sanita
tis ꝯseruatiua / que infirmitař curatiua / q̃ laxa
tiua / que ꝯstrictiua / nunquā secure posset ꝓce
dere in medicina. ⁊ ideo necesse est cognoscere
herbarum ⁊ aliarum rerum medicinalium q̃li
tatem ⁊ ĝduum diuersitatem que calida ⁊ sic/
ca / que frigida ⁊ humida in q̃rto ĝdu si vult in
suo officio non errare. Item oꝫ cognoscere mor
bi diuturnitatem / contrarietatem / simplicitatē
quantitatem / qualitatē / pacientisq3 ṽtutē ⁊ de
bilitatē. nā morbus cronic⁹ ⁊ diuturn⁹ fortiori

indiget medicina q̃ si recens esset siue nouus. Simplex etiam morb⁹ simplicibus ⁊ ex ꝯrijs ꝯposit⁹ ꝯrijs ⁊ composit⁹ est curandus. Simplex.n. medicina infirmitatem ꝯpositam raro curat. Contra calidam itaq̧ causaꝫ frigida medicina / ⁊ ꝯ frigidam calida / ⁊ ꝯ mixtam mixta generaliter sunt imponenda. vnde cautus medicus morbum cognoscens ſm qualitatem ⁊ q̄ntitatem morbi / ponat qualitatem ⁊ quantitatem antidoti. Item quando videt cām morbi esse ex repletione curat p̄ euacuatōnem materie ⁊ inanitōnem. quādo vero ex inanitōne sanat p̄ repletōnem. Officium itaq̧ boni medici ꝯsistit in cāram morbi ⁊ circumstantiarum cauta inuestigatione. p̄ aspectum enim ⁊ tactū p̄ vrinam ⁊ p̄ pulsum infirmitat⁹ natura / inuestigat. Cognita autem causa si materia latitat in ꝓfundo / tunc vtit̃ attractiuis. vt si materia est in remot⁹ partibus ⁊ extremis / nitit̃ naturā ad stomachum attrahere. vt inde facilius deducat̃. Si vero fuerit materia dura ⁊ compacta quibusdam vtit̃ digestiuis / diuisiuis / ⁊ incisiuis vt sic materia mollificet̃ ⁊ ad eductōeꝫ facilem p̄paret̃. Cōpleta itaq̧ digestione materie ⁊ attractione / vtit̃ tertio quibusdam laxatiuis / vt materia digesta ⁊ attracta p̄ conuenientem regionem educat̃. vel per vomituꝫ / vel per secessum. vel p̄ sudorem. Materia.n. ꝯuenienter euacuata vtit̃ quarto quibusdam ꝯfortatiuis. vt natura q̄ ex violentia a medicina fuit debilitata ⁊ laxata ꝯfortet̃. Cōfortata aūt natura vtit̃ q̄busdam resumptiuis ⁊ restauratiuis / vt illud quod vi morbi vel vi antidoti est deperditum / restauret̃. paulatim aūt ⁊ non subito est restauratio facienda / dieta ꝯgrua ⁊ tempata. Solet.n. natura in sic euacuatis multum appetere. ⁊ ideo sepius plus acciperet / q̃ digerere posset / nisi a cauto medico in diete regimine teneret̃. Tandem reparata natura ⁊ in statum p̄stinum restituta docet vtiq̧ quibusdam preseruatiuis ne sanatus / in peius recidiuet. Talia sunt ꝯuenientia balnea / minutiones / electuaria / ⁊ exercicia moderata. talia.n. calorem naturalem excitant / a' supfluis naturam exonerant / humoribus digestionem adiuuant ⁊ cōfortant. Si vero fuerit materia fluida aut nimis laxa / vtit̃ constrictiuis / desiccatiuis / ⁊ repussiuis. Materia vero restricta / cautus medicus solet dare conuenientem laxatiuam medicinam. que educat humores prius dissolutos ⁊ iam constrictos ne illi remanentes vel ad aliam partem defluentes putrefiant. ⁊ sic febrem vel aliam inferant passionem. Paulatim autem solet fieri restrictio ⁊ repercussio / ne materia subito repercussa / recurrat ad aliquod membrum nobile ⁊ maiorem generet lesionē. simılit̃ ⁊ purgatio solet fieri per interualla / ne fiat purgatio repentina. Tribus igitur modis solet fieri medicina. sc̄ȝ dissoluendo / constringendo / restaurando. aut enim repleta dissoluuntur. aut dissoluta constringuntur / aut deꝑdita in corpore restituuntur. Relaxamus itaq̧ medicinis laxatiuis vt scamoneatis. ꝯstringimus constrictiuis. vt acacia ⁊ opiatis. Restauramus cibis ⁊ potibus nutritiuis / ⁊ electuarijs ad hoc ꝑpat⁹. Recollige igitur ex predictis breuiter q̃ bonus medicus infirmorum domos ⁊ patrias visitat ⁊ frequent̃ infirmitatum causas ⁊ circumstantias inuestigat medicinas varias ⁊ ꝯrias ꝑparat ⁊ comparat ⁊ deportat / infirmorum abdita membra ⁊ occulta vulnera tangere ⁊ abstergere non recusat. ꝯualescentie spem ⁊ sanitat⁹ omnibus repromittit. suauiter ⁊ leuiter vrenda vrere / ⁊ incidenda incidere se asserit ⁊ ne pars sana corrumpat̃. ꝑtem vrit putridam ⁊ p̄scindit dolente parte dextra ⁊ sinistra percutere non parcit / a sectōne ⁊ arsura etiam ꝓ lachrymis patient⁹ bonus medicus non desistit. medicine amaritudinem dulcedine aliqua palliat ⁊ abscōdit / bibit ⁊ gustat de medicina quamuis sit amara ne infirmis abhorreat. a cibo ⁊ potu egruꝫ reprimit ⁊ refrenat. illum suo exponit desiderio de cuius salute diffidit penitus ⁊ desperat. amaris ⁊ corrosiuis carnem putridam ⁊ corruptioni dispositam amputat. ac desiccatiuis saniem fluidam mundificat ⁊ depurat. post mortificatiua ⁊ vrītiua q̄busdam lenificatiuis dolorem vulnerum mitigat ⁊ mundificato vulnere locū vulneri ꝯsolidat atq̧ sanat. ⁊ q2 plus ledūt intrinseca mala q̃ extrinseca. prudēs medicus de mitigādis / curādis / ⁊ expellēdis intraneis dolorib⁹ p̄mo curat materiā durā ⁊ corruptā interi⁹ digestiuis medicis. vt oximelle syropo acetoso. p⁹ diuidit ⁊ incidit. ⁊ digerēdo ad exitū ⁊ euacuatōeꝫ obedientē facit. q2 sicut in p̄ncipio aphoris. dī. Digesta medicari oꝫ ⁊ mouere cruda. digesta ṽo mā atq̧ habili reddita ad euacuatōneꝫ eā dissolutā medicīa attractiā ab interiorib⁹ ⁊ remotorib⁹ ptib⁹ ad exteriora attrahit. ⁊ ad h̄ valēt q̄dā amara / vt yerapigra / yeralogodiō ⁊ alia aloata. q2 amaraciti⁹ penetrāt ad remotas ꝑtes ⁊ extrēa magi purgāt q̃ alie medicīe. Tertio naturā sic digestā / sic attractā medicīa ꝯgrua euacuat ⁊ expellit. caute tamen ne nimia fiat euacuatio. nocet enim corpori / quia inde debilitatur. ⁊ quandoq̧ plus de bonis humoribus quam de

malis euacuaẛ. (Iuxͣ illud Hypo.) Multū repetere/euacuare/aut replere/calefacere/aut infrigidare fallax ē/ꝛ nature penitus inimicū. Considerat aūt bonus medicus naturam egritudinis ꝛ locum materie ꝛ etiam vires patientis/ꝛ ſm hoc variat medicinam. Si enim materia ſiue humor peccans euacuaẛ/ plurimum ꝓfert egro. ſi vero non/infirmus amplius molestatur. vt dicit Hypo.

Medicina attractiua opatur ꝑ ſubſtantie ſue ſubtilitatem ꝛ calorem ſubtilitate ſua facilꝰ penetrat/ꝛ calore ſuo attrahit ſiue ferrum ſiue aliquod intus fixum. ſiue humores qui latitant in ꝓfundo. Item medicina digeſtiua eſt neceſſaria quando materia eſt multum dura ꝛ compacta. Incidit.n. ꝛ diuidit materiam/ꝛ ſic ad expellendum aptam reddit. ꝛ ideo operaẛ ꝑ inciſiua ꝛ attenuatiua/que ſubtilitate ſue ſubſtantie cooperante calore ꝑtem materie ſeparat a parte. vt pꝫ in diureticꝭ. Itꝫ medicina laxatiua aliqñ purgat mãꝫ digeſtã. diſſoluẽdo ꝛ attrahẽdo vt ſcamonea retenta in ſtomacho fumū ſubtilē facile penetrantem a ſe emittit/ꝛ humores diſſolutos abhominabiles nature reddit. attrahitqꝫ eos adiuuante virtute expulſiua/ꝛ attractos eijcit ꝛ expellit. Quedam laxant ſua viſcoſitate lubrificãdo vt mercurialis malua ꝛ huiuſmodi. Quedam ꝟo acumine humores penetrando. vt euforbium. Quedam ſua conglutinoſitate compmendo. ſicut mirabolani. Quedam ſua ſalſugine inteſtina mordicando. vt ſemen attriplicis. Quedam ſua dulcedine ꝛ humiditate inteſtina infundendo. vt caſſia fiſtula. Item medicina conſtrictiua operatur ꝑ frigida groſſa in ſubſtantia. Nam frigidum ꝑtes coadunantur/ꝛ partium ſuarum groſſicie penetrare ꝓhibentur. vt galla. Quandoqꝫ groſſos generant humores/vnde ꝯſtringunt opilando/ꝛ ꝟtutem retentiuam confortando. vt eſcula. Quedam reſtringunt ſpecialiẛ ſanguinem. vt Corallus/bolus/emachites/plantago/ꝛ huiuſmodi. Quedam ventrem. vt ciconia/mora roſa/ꝛ huiuſmodi. Item medicina induratiua ē que vel materiam coagulat/ꝛ malagiat ꝛ hoc opaẛ per valde frigida/ſicca/vel humida. vt ꝑ ſillium ſemperuiua portulaca/ſolatꝫ ꝛ ſimilia. Item medicina mollitiua operaẛ per calida mediocriẛ ꝛ multum humida/ſimiliẛ ꝛ maturatiua. Item aperitiua vritiuam ꝛ attenuatiuam hꝫ ꝟtutem. aperit.n. meatus opilatos/ꝛ attenuat viſcoſos hūores atqꝫ ſpiſſos. ꝛ hꝫ facit ꝑ calidum atqꝫ ſiccum. Item mundificatiua operaẛ. vel diſſoluendo vt calamentum. vel mollificando vt caſſia/fiſtula/malua vel terreſtreitate ſua ꝛ ſiccitate ſordes abſtergẽdo. Sunt autem multe alie medicine ſpecies/ꝛ differentie. ſicut mortificantia/corroſiua/vriſiua/dyaforetica/repercuſſiua/mitigatiua/ꝛ huiuſmodi de quibus tractaẛ in libro de ſimplici medicina. Sed hec de ꝓprietatibus infirmitatum ꝛ medicinarum conditõibus prout ad preſens opuſculum pertinet/ſufficiant. vt ſic huic negocio finem imponemus.

Finit Liber Septimus.

Incipit Liber Octauus de Mundo et eius proprietatibus.

Ostquam auxiliante deo tractatum de diuinis nominibus/de angelorum proprietatibus/ necnon de homine et eius partibus/et accidentibus/et ipius conditionibus compleuimus/restat vt ad proprietates mundi sensibilis quantum nobis datur desuper/manus apponamus vt materiam diuine laudis ex proprietatibus operationum possumus elicere conditoris. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt/intellecta conspiciuntur. vt dicit apostolus. et ideo aliquis mundi huius et contentorum suorum proprietates huic opusculo sub breui compendio inserere proponimus/vt per similitudinem proprietatum corporalium intellectum spiritualem et mysticum facilius in diuinis scripturis intelligere valeamus/a proprietatibus itaque mundi inchoandum est

Mundus itaque vt dicit Mercurius dicitur tribus modis. nam mundus dicitur diuinus intellectus. mundus .s. archetipus/incorpeus/inuisibilis/et eternus. ad cuius exemplar mundus sensibilis est creatus. sicut dicit Boetius. Tu cuncta superno ducis ab exemplo/pulchrum pulcherrimus ipse mundum mente gerens similique imagine formans. etc. Secundo modo dicitur mundus omnia corporum que celi ambitu continentur. vt celum in quo sydera lucent. ignis quo omnia calent. aer quo omnia viuunt/aspirant/et vigent. aqua que terre latera circumcingit. terra que omnia interiora sustinet atque nutrit. de quo dicitur. Mundus per ipsum factus est. Tertio dicitur homo minor mundus/quia totius mundi imaginem in se representat. Est itaque primus mundus eternus in diuina mente eternaliter permanens. Secundus mundus perpetuus est/diuina voluntate esse perpetuum et originem ex nihilo habens. Tertius secundum quid est perpetuus/secundum quid est caducus omnium similitudinem in se gerens. De primo autem mundo et secundo in precedentibus dictum est. Nunc de mundo sensibili dicendum est. Mundus vt dicit marcianus. est vniuersitas creatorum conglobata in sperere modum. Nam mundana superficies sphericam et circularem habet speciem et figuram. nec fuit (vt dicit marcianus) alia figura mundo tam congrua forma sicut orbicularis/et rotunda. et hoc propter vniuersitatis perfectionem/et propter illam quam habet in esse perpetuo cum suo opifice qui fine caret et principio configurationem. Mundum autem philosophi totum in duas partes diuiserunt. quarum nobilior et simplicior est pars superior et actiua a circulo lune se extendens vsque ad planeticam regionem. Altera pars est inferior passiua/que a lunari globo incipit. et vsque ad centrum terre inferius se protendit. Istum particularem mundum inferiorem describit marcianus. Mundus (inquit) est circulus ex quatuor elementis eisdem totis in sphere modum conglobatis terram in medio vndique defixam eternis celi raptibus circungirans. Ad istius mundi compositionem creauit diuina virtus primordialem materiam/in qua velut in quadam massa erant potentialiter quatuor elementa non distincta sicut modo/sed erant permixta. et illa massa yle a platone in timeo est vocata/ex qua diuina sapientia omnia elementa et elementata composuit et produxit. et proprijs qualitatibus in regionibus ordinauit singula et distinxit. Nam quod in illa materia calidum fuit et siccum in summo cessit in naturam ignis. quod ratione sue leuitatis diuina sapientia supius collocauit. Quod vero frigidum et siccum in summo fuit/cessit in naturam terre quam sua ponderositas et compactio inferius posuit. Quod vero calidum fuit et humidum/in naturam aeris cessit. Quod vero frigidum et humidum/in materiam aque cessit. Et hec duo elementa secundum maiorem vel minorem leuitatem/et rarefactibilitatem et subtilitatem in medio ignis et terre collocauit. Unde istam materiam primam plato in thimeo prout potuit/sic descripsit. Fuit (inquit) yle. i. materia prima sine qualitate/sine quantitate/sine colore/sine specie/sine loco sine tempore inter aliquam substantiam et nullam etc. Hec verba multum sunt difficilia/tamen sic exponuntur. quia dicitur fuisse sine quantitate/non quia fuerit sine omni quanto/sed quia non fuerit determinate quantitatis quo ad nos. sicut gigas dicitur immensus/quia excedit aliorum hominum quantitatem. Ideo enim sine qualitate dicitur/quia non habuit a qualitate aliqua specialiter nominari. Non enim plus potuit calida quam frigida dia nec econuerso. et sic de alijs Sine colore dicitur/quia non habuit aliquem colorem innatum ab aliquo elemento. Sine tempore fuit/quia nondum fuerunt tempora et temporum vicissitudines quando hec materia est creata. Sine loco etiam fuit/quia non habuit determinatum locum plus sursum quam deorsum/nec plus in latum quam in longum. Inter aliquam substantiam est et nullam/quia nulla substantia materialis precessit illam/sed aliqua est secuta.

Materiale igitur principium mundi inferioris / aut fuit illa materia inuisa scz prima materia cō
munis que omnium formarum ⁊ q̄litatū fuit su
sceptibilis / que etiā sub diuersis speciebus ⁊
formis ꝯseruatur. ꝑmanet enī hec materia quo
ad substantiam incorꝑea / quāuis ꝯtinue quo
ad qualitates transmutabiles alteretur. quia ista
materia que modo ꝑ rarefactionem manz sub
forma ignis. ⁊ est sub igne statim ꝑ ꝯdensatio
nem induet formam aeris ⁊ erit sub spē aeris que
prius sub specie ignea fuit ignis. Ex quo pz
ꝙ prima materia ex qua mundus naturaliter con
stat / ingenerabilis ⁊ incorruptibilis est. a qua
omnia materialia incipiunt ⁊ in quam redeūt
tanq̄ ad matricem. Mundus itaqꝫ ex rebus
multis compositus ⁊ ꝯrijs est ꝯpositus / ⁊ tn̄ in
se est vnus. Mundus. n. vnus est numero ⁊ nō
plures mundi. ⁊ hoc ꝓpter materie vnitatem.
sicut dr̄ in libro de celo ⁊ mundo. Occupat. n.
totam materiam suam. sicut ibi dr̄ in. c. de mū
di eternitate. Mundus ergo de quo hic loqui/
mur non est diuersus in se / neqꝫ diuisus scd̄m
substantiā q̄uis in ipsius partibus inueniatur ꝯ
rietas quo ad aliquam q̄litatum repugnantiam.
summam. n. ⁊ necessariam hz mundus in suo
toto ꝯuenientiam ⁊ quasi quandā musicā har
moniam. q̄uis in aliquibus eius ꝑtibus ꝓpter
q̄litates repugnantes aliquā pati dissimilitu/
dinem videatur. sicut expsse dicit (sup gen̄. aug9.
Transibit aūt mundus iste quo ad istā passi
bilem quā mō hz speciem ⁊ figuram / sz ꝑmane
bit in esse ꝑpetuo quo ad substantiam ⁊ mate
riam sicut idem asserit aug9. ⁊ dicit glo. ibi. Ce
lum aūt ⁊ terra transibunt ⁊c. Luce. xxj. Ex quo
pz ꝙ mundus rōne sue mutationis est siqdem
admirandus. nihilominus tn̄ ꝓpter materie sue
nobilitatem ⁊ forme ṽtutē actualitatem et. Et
ꝑ ꝯūs ꝓductionis ⁊ gn̄ationis rerum tam facilē
potestatem. non tm̄ ipe mundus / q̄ntum mun/
di opifex deus sup omnia est laudādus. Nul
la. n. ē res tā vilis tā infima in tota mūdi ma/
china ps siue ꝑticula / in q̄ tam in materia q̄ i
ṽtute ⁊ in forma nō reluceat laus dīna. Nam
⁊ in materia ⁊ in forma mūdi ē q̄dam dn̄ia / sed
cum harmonia ē pars summa. Nam illa pars
mundi que secundum materiam purior ē ⁊ sim
plicior atqꝫ nobilior / vniformem hz inclinatō
nem ⁊ appetitum ad nobilioris forme suscep
tionem. ⁊ que spūalior est / magis est inclinabilior
ad formam spūaliorem. vnde materia celestis
simplicior ē ⁊ nobiliorem exigit formam q̄ ele
mentaris ⁊ etiam ipa materia celestis nobilior
est ⁊ simplicior in nobiliori corꝑe. vt in sole q̄
in luna vel in mercurio vel in marte. Materia

enim elementaris nobilior est in igne q̄ in aere
vel in ceteris. vnde grossior est materia in terra
q̄ in alijs. nam ibi sunt plures ꝑtes materie cō
gregate ſm aristo. vnde dicit ꝙ ex vno pugillo
terre fiunt decem aque. immo materia vnius
elementi purior est in vna parte q̄ in alia. sicut
dr̄ in. j. Methe. partes enim ignis supiores /
sunt nobiliores ⁊ simpliciores. ⁊ partes terre
centrales sunt grossiores ⁊ magis compacte ⁊ i/
puriores. cum enim ꝑtes mixtorum sunt ab ele
mentis secundum ꝙ partes elementares sūt pu
riores vel nobiliores / fiunt mixta simpliciora
vel puriora / ⁊ ſm hoc quod ecōuerso ē in elemē/
tis / ecōuerso ē ⁊ in mixtis. nobilior itaqꝫ materia
ꝯstitutiua / nobiliore indiget forma. ⁊ ideo so/
let disponi in materia ſm quod exigit ipa for/
ma / quia si de terra dz fieri ignis / oz vt mate
rialis terre grossicies subtilietur ⁊ depuretur / ⁊ spi
ritualior ⁊ simplicior efficiatur / vt sic simplicio
ri forma. s. ignea induatur. ⁊ vt breuiter dicam /
necesse ē vt ſm forme ꝓprietatem ipa materia
p̄paretur. Consideratur itaqꝫ mundi nobilitas ſm
sui ꝑtes digniores ⁊ etiaz effectus nobiliores
⁊ ideo pars mundi supior reputatur dignior. qz
ibi materia ē purior ⁊ forma ē pulchrior ⁊ vir
tus amplior in supioribus inuenitur. tanto enī
mundus in vniuerso pulchrior ē ⁊ decencior /
redditur quāto deformis ps mundi inferior su/
periorum partis mundi pulchritudine ⁊ decentō
ri gloria insignitur (sicut dicit aug9.) Quedam
ꝑfectio caritatis ⁊ ṽtutis in superioribus preex
cellit. qz ad perfectionem inferiorum ⁊ decoratio
nem ipsoruz ꝯtinue se diffundūt. quod etiam
videtur infima ps mundi in decore ⁊ luminosi/
tate amisisse / hoc recuperat in fecunditatis gratia
⁊ ṽtute. Non. n. minus est admiranda virtuo
sa fecunditas in ꝓductōne herbarum ⁊ arbo
rum / florum / ⁊ fructuum in generatōne varia
animalium ⁊ reptilium. In varia ꝓductōne
metallorum / gemmarum / ⁊ lapidum. q̄ sit ad
miranda celi claritas cum diuersitate suorum or/
bium ⁊ astrorum. Et quamuis mundus tot
laudabilibus rerum differentijs sit diuine vir
tutis potentia insignitus / nullis tamen defe/
ctibus ⁊ ꝯditōnibus miserabilibus quantum
ad eius partem inferiorem vndiqꝫ est subiectus
Nam mundus iste quamuis videatur esse geni
tor ⁊ nutritor corporum / carcer tn̄ est spūum ⁊ aia
rum durissimū ⁊ exiliū ac locus miseriarum innūe
rabiliū ⁊ penarum. Nā mūdus est locus reatus ⁊
trāsgressionis. incolatus ⁊ ꝑegrinatōis dolorum
⁊ lachrymatōis / laborum ⁊ fatigatōis. horrorum ⁊
ꝯfusiōis. motus ⁊ mutatōis fluxus ⁊ altatōis trā
situs ⁊ corruptōis. insolētie ⁊ ꝑtbatōis violētie

⁊ oppꝛessionis. fraudulentie ⁊ deceptionis. In mundo nihil aliud inuenitur ꝙ vanitas / malignitas / cupiditas. anxietas / defectibilitas / ⁊ vetustas. mũdus notos alliat ⁊ diligit / ignotos abijcit ⁊ contemnit / mundus multis obest / paucis prodest / amatores suos decipit ⁊ fallit. nã multa pmittit / sed ad vltimum pauca soluit. contemptores suos ad modum vmbre insequi ⁊ apprehendere non desistit / sed suos sequentes fugere satagit ⁊ contendit. ⁊ ideo illos quos maxime diuicijs ⁊ honoribus hic extollit. in fine maxime depauperare ⁊ deijcere consueuit. ⁊ (vt verbis Beati Grego. vtar) fugiendus est mũdus etiã si nos prosperis demulcet. qui ergo tot calamitatibus pulsat / quid aliud ꝙ vt deseratur clamat. ⁊ hec de proprietatibus mundi in gñali dicta iã sufficiant

Nunc ad describendas proprietates aliquas de celo ⁊ eius partibus xpo adiuuante manum apponamus.

Nam celum angeloꝝ ⁊ hominum beatorum ac bonorum locus est ⁊ habitaculũ vt dicit Beda. Celum autem secundum sanctorum traditiones aliud est visibile / aliud inuisibile. Celum autem visibile est multiplex sicut dicit glo. super Deutero. x. s. Ibi. n. celũ domini dei tui est ⁊ celum celi. Septem sunt celi scꝫ / aereum / ethereum / olimpum / igneum / firmamentum / aqueum / empyreum celum. s. angelorum. Celum itaqꝫ aereum vocatur medium aeris interstitium. quod a grossis vaporibus aque ⁊ terre non per omnia est infectum. vnde illa pars aeris purior ⁊ ab inferioribus qualitatibus impermixtior propter sui puritatem ⁊ dyaphoneitatem siue naturam transparentem celi nomine nuncupatur. sicut dicitur sup Mathe. xiij. Volucres celi comederunt illud ⁊c. Celum ethereum secundum quosdam vocatur supremum aeris interstitiuꝫ / quod immediatius spere ignis est coniũctum / ⁊ dicitur ethereuꝫ. quia illud mediũ inter ignẽ ⁊ aerem confinium ab igne est illuminationis ⁊ splendoris receptiuum. Etheros. n. grece splẽdor dicitur latine. vt di. Isido. Celum vero igneum secundum quosdam vocatur centrum spere ignis propter ipsius ignis puritatem / subtilitatẽ / ⁊ summaꝫ quam habet pre ceteris elementis actualitatem. ⁊ propter alias quasdam nobiles celestes que consequuntur ex vicinitate orbis ⁊ planetarum proprietates secundum Greg. autem sup locum illũ Job. Intuere celum. ⁊ contemplare ethera ⁊c. Noĩe etheris itelligitur tota regio a luna vsqꝫ ad stellas fixas in qua sunt orbes ⁊ circuli septem planetarum Quere infra primo de ethere quid sup hoc sentiat Marcianus. Alexan. sic ordinat septem celos dicens. Primum celum est luminis datiuũ vniforme ⁊ immotum. s. celum empyreũ. Secundum dicit donatiuum esse loci vniforme ⁊ motum. s. aqueum / siue cristallinum. Tertiuꝫ datiuum luminis non secundum omnem partem luminositatis multiforme ⁊ motum vt celum stellatum. Quartum est receptiuuꝫ luminis sine calore. s. olimpum. Quintum est receptiuum luminis cum calore scꝫ celum igneum. Sextum est receptiuum luminis coniunctum cum parte superiori ⁊ dicitur celum ethereum. Septimum est receptiuum luminis coniunctum cum parte inferiori scꝫ aereum ⁊ sic videtur vocare olimpum regionem orbium planetarum. quia illud spacium est cõtinue luminosum. Firmamentum autẽ vocat celum primum secundum philosophos ⁊ vltimum / in cuius concretione sita sunt corpora siderum ⁊ stellarum. Nam phi. non ponunt nisi solum celum vnum / immo vt di. Basilius in exameron. prius philosophi linguas suas corroderent ꝙ plures celos esse consentirent. Illud autem celum scꝫ firmamentum / sic describit aris. in libro de causis elementorum. celum (inquit est elementum quintum ab elementis inferioribus discretum naturali proprietate ac distinctum. Neqꝫ enim graue est quia tunc descendere posset. Neqꝫ leue / quia forsan tunc ascenderet. quia si esset vnum ex quatuor / vel essꝫ compositum ex quatuor ingrederetur in ipm corruptio vniuersaliter vel particulariter immo (sicut dicitur ibidem) Creator posuit eum causam ⁊ principium generatõis ⁊ corruptõis. ⁊ ideo necesse fuit ipm esse ingenerabile ⁊ incorruptibile / ne per querende generationis ⁊ corruptõis principio esset abire in infinitum. Est autem celũ illud inquietum ⁊ mobile naturaliter cuius motus est reuolubilis supra mediuꝫ scꝫ sup axem qui stat fixus immobiliter inter duos polos scꝫ meridionalem. ⁊ septentrionalem. ⁊ illud celum est finitum quo ad dimensionem ⁊ loci extensionem. sed sempiternum est quo ad motum. mouetur enim a motore infinite potentie / id est a deo qui est sublimis ⁊ gloriosus in secula (huc usqꝫ aristo. in libro de causis elementorum) Vocat enim polos duos stellas in summis celi extremitatibus in ipsius medio superius ⁊ inferius collocatas. quarum vna est superius posita i medio celi ad septentrionem. ⁊ dicitur polus articus. Alia est ex opposito ad meridiem. ⁊ dicitur polus antarticus / quasi contra polum articũ positus.

Inter istos duos polos quasi inter duas sui extremitates celum vbiqꝫ mouetur ab oriente vsqꝫ ad occidentem / ⁊ ab occidente vsqꝫ iterum ad orientem. Et hoc semper vniformi

(ter.

iunctus: ꝛ ideo ꝓpter altitudinem circuli sui. xij. annis pficit cursum suū. hic bonitate sua re primit maliciaꝫ saturni qn̄ iupiter in supiori p te circuli sui circulo saturni est cōiunct⁹. ꝛ ideo fingitur a poetis patrē suum a regno expulisse vt di. marcian⁹ ꝛ Isi.) qꝛ pñsentia sua reprimit saturni maliciā naturalem. hic adiūctus plane tis bonis / bōas ꝛ vtiles facit impressiōes istis inferioribus elementis. ꝛ ideo dicūt astrologi ꝙ in corpore hominis cooperaꝛ ad pulchritu dinem ꝛ honestatem. pulchrū eni dat colorem niueū ꝛ rubore pmixtum. pulchros dat oculos ꝛ dētes. pulchros crines barbāꝗ rotūdaꝫ. vt di cit plini. preest eni aeri / sanguini atqꝫ sangui nee complexioni. De hoc dicit ptholo. sub ioue sunt sagittarius ꝛ piscis. ꝛ domus eius regnat in cancro ꝛ capricorno discessus regni eius. Sub ioue cōtineꝛ honor diuitie / optimum in dumentū. In iudicijs astrologorū signat sapi entiam ꝛ rōnem ꝛ est vindicus. vnde qn̄ appa ret in ascendente / signat ƀm astrologos reuerē tiam honestatem / fidem ꝛ disciplinam. ꝛ erit fi nis ad saluationem sicomniū sinnorum con / fortat bonitatem. ꝛ signat in eis bonum qn̄ in eis inueniꝛ nisi in duodecimo vbi dicit iouem signare seruitutem / paupertatē ꝛ tristitiaꝫ. ex p te quadrupedū ꝛ merorem ex pte familie ꝛ ser / uorum. vt dicit ptholo. ꝛ misael.

Mars deus belli a gentib⁹ putabaꝛ Est eni planeta calidus ꝛ sic⁹. ma sculinus nocturnus. vnde preest co lere ꝛ colerice cōplexioni ꝛ disponit ad audaci am ꝛ animositatem ꝛ appetitum vindicte. pro pter qđ deus belloꝝ vocabatur. immediate se quiꝛ iouem ꝛ precedit venerē. ꝛ ideo ex vtriusꝗ stelle beniuole vicinitate eius nociuitas tē peratur in colore est fulgidus / ꝛ rutilans sicut ignis vt dicit marcia. vnde ꝛ maiorem vim ha bet calefaciendo / ꝙ alij planete (vt dicit idem) Hic planeta ƀm ptholomeum disponit in ho mine ex parte corporis ad longitudinem ꝛ gra ciitatem. ꝛ hoc ratione caloris ꝛ siccitatis. sed hoc est in iuuentute. Nam in senectute ex calore cōsumente ꝛ siccitate contrahente: disponit ad curuitatem. ex parte mētis disponit nobilitatē animi ꝛ leuitatē. ad irā ꝛ aīmositatē ꝛ alēs cole ricas passiones. dispoīt tē ꝛ habilitat ad igne as operatiōes. s. ad ferrarios ꝛ fumarios sicut saturn⁹ ad terrarū cultores ꝛ grauū ponderum portatores. ꝛ iupiter econuerso ad artes leuio res. facit enim habiles vt sint oratores trapize te. i. campsores / ꝛ argenti tractatores / scripto / res / ꝛ hmōi. vt dicit mise. Secundū ptholome um etiam sub marte sunt hec signa. scorpius et aries. ꝛ sunt domus eius. regnat in capricorno sed in thauro est discessus regni. sub ipso conti netur preliū / carcer / ꝛ inimicus. ꝛ signat iraꝫ ce leritatem / ꝛ furorem. ꝛ est rubeus / falacidus / ꝛ dolosus. moraꝛ in quolibet signo. lx. diebus ꝛ xxi. horis. ꝛ duobus annis cōplet cursum suū.

Venus qui ꝛ lucifer diciꝛ planeta ē ƀm mise. beniuolus / femineus / no cturnus. in suis qualitatibus. s. in calore ꝛ humore temperatus. hic planeta exce dit solus zodiacum in duab⁹ partibus. vt di / cit beda ꝛ est dictus venus. qꝛ sua qualitate ca lida ꝛ humida dr̄ veneri amori excitatiuus (vt dicit Isido.) semper ħ comitaꝛ solem vel prece dendo / ꝛ tunc dr̄ lucifer. vel sequendo / ꝛ tunc dr̄ vesper vt dicit beda. colorem habet canden tem ꝛ refulgentem / electro similem. vt dicit ma rus. Inter omnia enim sydera gaudentius ful get. vnde ꝛ iubar dr̄ eo ꝙ iubar radiosi luminis a se emittit. ꝓpter quod ꝛ vmbram facit quan do aura multū est serena. diem ꝛ solis ortum ī mediate annūciat ꝛ precedit quādo est in eodē signo cum sole. a claritate solis absorptus / se tunc tempis non ostendit. qn̄ venus est altior mercurio. tūc est illo tardior ꝛ ecōuerso cum est inferior / tūc est celerior. vt dicit macrobius. ī ri bus semitorijs sola succurrit vt dicit mar⁹. ma liciam martis deprimit vt dicit ptholo. ex par / te corporis disponit ad pulchritudinē / ꝛ ad vo luptates in tactu / in olfactu / in gustu / ꝛ in can tu. vnde facit esse cantores / ꝛ musicorum ama tores / ꝛ specierum confectores / aurifices / ꝛ ve stium muliebrium insutores (vt ait mise.) Et dicit ptholo. Sub venere (inquit) sūt libra ꝛ thaurus. ꝛ sunt eius domus. ꝛ regnat in pi / scibus / ꝛ in virgine deficit regnum eius ꝛ ab / scedit. sub ipso cōtinetur via / amor / ꝛ amicitia ꝛ peregrinus. ꝛ signat lucrum ꝛ gaudium. ꝛ est veridicus. ꝛ moratur in quolibet signo. xxix. di ebus. ꝛ ꝯplet cursum suū in. ccc. ꝛ. xlviij. dieb⁹.

Mercurius ƀm mise. est planeta tem peratus nocturnus / modo masculi nus / modo femininus. cito. n. se vertit ad naturam illius cui coniungiꝛ. vt cum bonis bonus / cum malis vel mediocribus me diocris vel maliuolus efficitur. vnde ꝛ in supio / ri parte sue obsidis miscet qualitates suas cū qualitatibus veneris. ꝛ ideo fingitur a poetis ꝙ cum ea fuerit fornicatus (vt dicit Isido.) Et dicitur mercurius quasi medius currēs: qꝛ qua si medius est ƀm bedam inter venerem ꝛ solem vnde in superiori parte sui circuli coniungitur cum venere. in inferiori vero conuenit cum sole circulus etiā suus in superiore parte sui intrat

circulum veneris. inferiori autem parte circulũ intrat solis quando est i superiori parte sui cir culus melius videtur/ ꝛ minus a sole obscura tur. aliquando etiam ante ortum solis. aliquã do post ocasum splendet. ꝛ ideo ab aliquibus vesperus nuncupatur. a quis dicitur dominari vnde lucanus loquẽs de mercurio dixit. Quã tum dominus percussit aquarum. Dicitur etiã a poetis deus sapientie et eloquentie. vnde se cundum ptholo. mercurius dat esse studiosus et scientie numerum amatores. disponit enim et habilitat ad scientiam et vsum calculi et com putationis. et ideo dicitᷣ fuisse deus mercatorꝫ qꝛ mercatoribꝰ ꝯputatõ sũme necessaria ẽ dicitᷣ etiam fuisse deus palestre vt dicit Jsido. eo ꝙ cum sole luctatur quasi volens eum superare. Semper enĩ iuxta solem graditur. nunquam plus distans ꝙ per. xxx. gradus. vnde raro vi/ detur. quia semper fere cum radijs solaribus occultatur et ideo propter calorem solis fulꝰ depingitur et propter suam celeritatem cursor deorum in fabulis nuncupatur. qꝛ nunc cum sole/ nunc ante/ nunc post graditur. quando so lem preuenit radijs solaribus proximus stare videtur. ꝛ dicitur stationarius. quando autem sequitur videtur retrogradus vt dicit macrobꝰ. Secundum ptholomeum autem sub mercurio sunt gemini et virgo et regnat in virgine. sed ĩ piscibus regnum abscedit. cum sole semper mo ratur. vno autẽ signo ante vel vno post. Sub mercurio continetur fortunium/ negotiatio fur tum. et signat rationem et sapientiam et est al/ bus. cum beniuolus beniuolis. et cum malis malus moratur in vnoquoqꝫ signo. xxviij die/ bus et vi. horis. et in. ccc. ꝛ. xxxviij. diebus com plet cursum suum. huiusqꝫ ptholo.

Sol secundum Jsidio. quasi solus lucens dicitur eo ꝙ sit fons totius luminis/ cuius radiatione superio ra et inferiora illustrantur. Est autem sol secun dum miselath. planeta fortunatus ex se. sed per coniunctionem aliquando fit malus/ mascul' diurnꝰ calidus et siccus. Sol enim omnia viui ficat et rebus omnibus vitam speciem et for/ mam administrat. Nam vt dicit idem. Sol omĩ bus luminaribus celi maior est in quantitate et in dignitate et claritate quia magis calcati ꝛ compressi est luminis. maior est etiam potesta/ te et effectuum multiplicitate maior etiã est in motus vniformitate. qꝛ semper mouetur dire/ cto motu in circulo proprio sub zodiaco medi um semper tenens locum. transit enim recte cir/ culus per mediam lineam zodiaci cuius metas et terminos non transcendit. et ideo eius motꝰ in circulo suo proprio est vniformis quãuis re spectu aliorum moueri dissimiliter aliquando videatur. Circulus quoqꝫ solis sicut et zodia/ cus distinguitur per. xij. spacia siue signa quo/ rum quodlibet continet. xxx. gradꝰ. ꝛ quilibet gradus. lx. minuta. et quodlibet minutum. lx. secunda. et quando sol recedit de vno puncto sui circuli ꝛ reuertitur in eundem. transit per vi ginti duo signa et iste transitus circulus ãni vo catur. nec in die naturali perfecte transit gradũ vnũ prout cõputat albumasar. sed trãsit lix. mi nuta. ꝛ. viij. secunda. ita ꝙ de illo lx. minuto rẽa nent lij. secunda imptransita. vnde tantũ defi/ cit ꝙ in vno die naturali nõ perficit gradũ vnũ Sol igitur motu suo ordinato et ĩperturbato cursu ordinat et perficit vniuersa. vnde am/ bro. in exame. sic nobis describit virtutes ipsi/ us solis dicens. Sol est oculus mundi iocunꝰ/ ditas diei/ pulchritudo celi. mensura temporũ virtus et vigor omnium nascentium/ domus planetarum/ decor et perfectio omnium stella rum. Jdem etiam dicit marcianus. Sol inqͭt est fons mentis/ idest memoria rationis/ prin cipium lucis rex nature/ mens mundi fulgor olimpi/ moderator firmamenti. ideo enim mo uetur contra firmamentum vt moderet et tem/ peret motum suum. Jdeo dicitur splendor oli pi. quia vt dicit macro. in libro ciceronis. diffi/ nitio fuit platonis omnium sperarum lumen esse a sole. dicit enim plato in thimeo. Jnge niauit decus rerum conditor lucem clarissimã quam solem vocamus. cuius splendore celum et infra omnia illustrantur. et numerus existeret omnium animalium et in libro de elementis dicit aristo. Sol inquam habet lumen propri um. stelle vero et luna lumen a sole acquisitum sicut quando a candela speculum ei appositũ illuminatur. Jdeo dicit marcia. ꝙ sol in medio signiferi incedens bisse radios nos emittit ex se quibus superiora et inferiora illustrantur. De his autem solis mirabilibus dicit beatus dionisius in libro de diui. nomi. capitulo quĩ to sic. Sensibilium existens et qualitates multas quidam et discretas existentes. ipse sol vnum ens et vniforme illuminans lux renouat nutrit custodit perficit et discernit/ vnit et refo/ uet fecunda facit auget mutat collocat plantat remouet et viuificat omnia. Unde ex his ver/ bis manifestatur proprietas solis in propria natura et in suo effectu. Jn substantia enim et essentia sua summam habet simplicitatem. nõ

enim habet ex dissimilibus vel ex contrarijs par tibus compositionem substantialem sicut infe riora elementa. vl' elemēta sed oīmodā h3 sipli citatem in sua natura ꝛ vniformitatem. et ido habet perpetuam in substantia permanentiā et incorruptibilitatem. quia compositio ex cō trarijs principium est corruptionis. vnde dicit aristo. et ex hac simplicitate summam habet se cundum substantiam leuitatem. Nam partiuꝫ materialium compactio est principium et cau sa grauitatis. et ex hac leuitate habet corpus solare ad motum habilitatem: leuia enim ad motum sunt facilia et maxime sunt agilitatis. ex substantie autē sue subtilitate et mobilitate summam habet actualitatem et virtutem. quia quanto res est simplicior tanto ad diuersos a ctus naturaliter est potentior. Et ideo conueni enter dicit dionis. ꝙ sol vniformis est lux illumi nans. ꝛc. Nam virtutem habet illuminatiuaꝫ quia in suo lumine nunquā deficit quāuis ei⁹ lumen vel per terre vel per lune nobis interpo sitionem aliquando auferri videatur. habet eti am virtutem renouatiuam. nam poros terre a perit et virtutem latentem in radicib⁹ ad actū perducit. et terre superficiem herbis frondibus et floribus renouat et reuestit. per substractio nem enim virtutis solis penetrantis ad interio ra terre hiemali intemperie quodammodo an tiquata annis singulis nitore et pulchritudine renouantur. Item virtutem habet nutritiuam quia ad interiora radicum et seminum solaris radius subintrans calore suo humiditatem ter re dissoluit et vi sua attractiua quia semini et radici est similis de illa humiditate attrahit ꝛ illud in nutrimentum terre nascentium conuer tit. Item virtutem habet inferiorꝫ conseruatiuā et saluatiuam. Nam elementa propter contrari etatem et mutuam repugnantiam quaꝫ hab ēt inter se ad inuicem se destruerent. nisi per virtut tis celestis influentiam conciliarentur. et sic in esse debito saluarentur vt dicit alex. Item virtutem habet perfectiuam quia quod calor elementaris incipit agare in generatione corpo rum calor solaris perficit et perducit ad debi tum complementum. alexander. Item habet virtutem discretiuam nam colores et rerum spe cies et figure que in tenebris sunt confuse per presentiam solaris luminis agnoscuntur ꝛ ab inuicem discernuntur. Item virtutem habet vnitiuam et hoc per se et per accidens. per se quia vnit et consiliat et concordat planetas in suis effectibus conciliat sibi inuicem contraria elementa. vnde secundum marcia: et macro. sol medius est inter planetas. quia ad harmo niam celestem perficiendaꝫ hoc facit sol in suo circulo quod facit media cordula in musico in strumento. Per accidens etiam vnit homoge nia sicut et dissoluit etrogenia. secundum enim naturam in quam agit nunc aggregat nunc dis soluit. Item virtutem habet fecundatiuaꝫ vim enim generandi et varies species produ cendi confert istis inferioribus. homo enim ge nerat hominem et sol. vt dicit philosophus. quia nihil fructificat neqꝫ crescit vbi solis radi us non attingit. Item virtutem habet con fortatiuam secundum enim solis ascensum su per nostrum orizontem virtutes animaliū for tiores efficiūtur et vsqꝫ ad medium celi augmē tantur/ et in eius declinatione vsqꝫ ad occasuꝫ propter eius elongantiam debilitantur corpo ra in suis virtutibus et quasi in somnum resol uuntur vt patet in floribus qui aperiuntur in ortu solis qui in occasu marcescunt et quodā modo claudunturr. vt dicit alexan.. Item virtutem habet temporum mutatiua ordi natiuam et distinctiuam quia descendens per signa australia in septentrionalia efficit dies breuiores ascendens vero per signa septentrio nalia efficit longiores. Immutat etiam ipsos dies. quia sol lucens super terram diem facit et secundum diuersam dispositionem solis dies diuersam immutationem recipit. Nam pri mo rubet in mane/ deinde lucet in tempore ho re tercie/ feruet in meridie et palet in vespere. vnde et quatuor equos fingitur habuisse/ quo rum primus fuit ericeus id est rubeus/ secund⁹ atricheus idest splendens. terans lampas. id est ardens. quartus philogeus idest amans ter ram vt dicit beda. Sol etiam vt dicit beda si fuerit maculosus vel sub nube latens pluuia lem diem presagit si rubeat. si vero palleat tem pestuosum. si vero canus in medio videatur/ ita vt in medio fulgens radios emittat versus austrum tempestatem designat humidam et vē tosam. si pallidus decidat in nubes nigras vē tum aquilonalē prenunciat vt dicit beda. Item virtutem habet inferiorum informatiuā Nam vt dicit Isidorus secundum eius elonga tionem et propinquationem facies hominum et animalium corpora vigore et calore dispo nuntur. vnde. dicit marcianus. In solis cōstel latione homines pulchros et agiles esse. et ido i fabulis cū pēnatis vestigijs depingit̄ ꝛ facie puerili ꝓpter qd̄ et pheb⁹. i. pulcher dictus est.

Dicit ptholomeus q sol facit hominē corpulē tum/facie pulchrum ⁊ coloratum ⁊ magnorū oculorum ⁊ habilitat ad omīa opera auri si fuerit in exaltatione sua. si vero in casu ad omnia opera eris habilitat ⁊ disponit. tūc habet virtutem purificatiuā. radiorum enim suorū dispsione subtiliat aerem ⁊ disgregat/⁊ ꝯsumit vaporem inficiētem aerem ac dispgit/⁊ fugat auram pestilētem. Item cū non sit subiectiue calidus/virtutem habet calefactiuā/inflāmatiuā ⁊ vstiuam. ⁊ hoc fit ex motu radiorum/⁊ eorū confractione ac concursu in supficie corpis maxime si obiectum corpus speculare fuerit ⁊ politum. vt dicit in perspectiua. Item virtutē habet attractiuam. calore enī suo attrahit a mari fumos ⁊ vapores ⁊ tandem eos cōdensat ī nubes. ⁊ sic cōdēsatos eos resoluit nūc ī grādies nunc in pluuias nunc in niues. vnde secundū marcianum dicitur fabulose q sol fuit iuxta mare occeanū ab ethiopibus cū alijs dijs ad epulas inuitatus. putauerunt enim antiqui calorem aquis occeani nutriri et attractos vapores in ipsius nutrimentum conuerti. et ideo dicunt ante impetuosam pluuiam calorem procedere vehementem. qd fit propter nimiam attractionem vaporis et forti impressione caloris radiorum inuentre siue in concauitate nubis vt dicit arist. Itē viuificatiuā hȝ virtutē qd patȝ p h q nihil pōt viuere vbi nō pōt attingere virtus solis et ideo dicit ptholo. in li. eo. Sub sole est leo et est domus eius. regnat in ariete et in libra discedit. sub ipso continentur species lucrum fortuna. et heres et signat spiritum et animam et ē color eius albus et rubeus et est veridicus. et complet cursum suum diebus. ccc. lxvi. et sex horis vnde inter omnes planetas maxime disponit animalia ad animationem et viuificationem. Item cum sit maxime quantitatis et velocissimi motus sue velocitatis et magnitudinis est occultatiuus. Cum enim sit occies maior tota terra vt dicit macro. propter altitudinem sui situs vix bipedalis videtur. Quod autem incōparabiliter maior sit q apparet patet ex hoc q maior videtur in suo ortu et occasu quando a nobis maxime elongatur q in pūcto meridiei qñ nobis maxime appropinquat. vnde patet q ī ipsius aspectu decipitur visus noster: et hoc apte declaratur in ipsius motu quia continue mouetur velocius q sagitta ⁊ tamē ab aliquo mouen non videtur. preminie enim claritatis intēsione et excessu sicut et eius quātitas sic et motus velocitas subterfugit visum nostrū. et ista de proprietatibus solis dicta sufficiant.

Una dicitur quasi luminum vna. L idē pricipalis et maxia qr corpori solari in magnitudine ⁊ pulchritudine ē simillima vt. d. Isido. Luna. n. vt. d. in exameron) est decor noctis mater tocius humoris et ministra. dominatrix maris / temporum mensura / emulatrix solis / mutatrix aeris / lumē a se non habens sed a plenitudine solis mutuans et acquirens que secundū appropinq̄tionem vel elongationem solis formam suscipit ⁊ figuram. carens itaq luna proprio lumine / est a fontali plenitudine solis luminis receptiua vnde dicitur in libro elementorum aristo. q luna semper immediate sui a sole illuminatur et lumen receptum reflectit in terram. naturam autem habet similem speculo qd proprio colore carens / lumen recipit ab alio. et quanto plus soli appropinquat tanto plus de suo lumine pdit ex parte terre. sed claritatem quam perdit ex parte inferiori nullomō perdit ex parte celi / immo tanto plus ex parte superiori illuminatur. vnde quando soli coniungitur nihil luminis ad terram dirigit sed ex parte celi in plena illumiatione permanet ⁊ persistit. ⁊ econuerso quando soli opponitur tota ad terram et nihil ad celū illuminatur. vt dicunt beda. et macrobius Itē luna est figure et forme sue mutatiua. diuersas enim facies sui luminis ostendit ad terram. qr nunc arcualem nunc circularem aspectibus hominum se ostendit. nunc monoydos / nunc dicrocomos nunc amphitricos nunc pausilenes Monoydos autem est quando est prima ⁊ apparet cornicularis. Dictocomos dicitur quasi p medium secta quando est octaua. Amphitricos est quando de sua plena rotunditate est dubia scilicet quando est xi. vel. xij. Pansilenes est qñ ex toto est plena. s. quando est. xiiij. Item luna triplicis status est ostensiua. qr aut est cum sole s. in coniunctione quando ascendit. aut a latere quando. s. recedit a sole vel quando ad solē reuertitur. aut in plena oppositione quando. s. totaliter soli opponitur. quando autem a sole primo recedit / apparet cornicalata ad modū arcus cornibus semper versis versus ortum. quando vero iterum appropinquat ad coniūctionem / recipit eandem formam sed versis sēper cornibus ad occasum. In parte autē auersa a sole semper apparet vacua. sed in parte ante ad solem versa lumine repleta. Item luna ē omnium humorum augmentatiua / quia per occulta nature spiramina fluxus et refluxus augmentatur. vnde in eis decremento in ossibus medulle cerebella in capitibus et humores in

coꝛdibus diminuuntur et in eius incremento
multiplicantur. vnde eius defectui omnia cō
patiuntur et eius decrementum inferioꝛum ē
detrimentum vt dicit. macro. Item aqua-
rum maris est attractiua. Sicut enim adamas
trahit ferrum. sic luna mouet et trahit post se
occeanum. vnde in suo oꝛtu intumescit mare
et crescit ex parte oꝛientali et decrescit ex parte
occidentali et econuerso quando est in occasu
crescit mare ex parte ocidētis atq; decrescit ex
parte oꝛientis secundum ꝙ luna plus vel mi-
nus proficit in lumine sic plus vel minus in
suo fluxu se extendit vel retrahit ipsum mare
vt dicit marcianus. macrobius. in libro cice-
ronis. occeanus in incremento lune retinet
modum istum. Primo enim die crescentis
lune fit copiosioꝛ solito et habundat in sum-
mo. sed secundo minuitur et sic vsq; ad diem
septimum. deinde iterum crescit per septem di-
es. ita ꝙ in decimoquarto die est iterum plenū
in summo. vnda in nouilunio semper est ma-
re plenissimum et etiam in plenilunio.

Item luna est roꝛis in aere generaciua. vim
enim sue humiditatis aeri imprimit. et aerem
insensibiliter immutans in ipsius superfi-
cie roꝛem gignit. manifeste enim videmus ꝙ
quanto luna est estiuali tempoꝛe serenioꝛ. tan
to habundantius ros super gramina se oñdit

Item luna inter planetas est breuissi-
mo tempoꝛe sui cursus completiua. breuissi-
mum enim habet circulum et ideo infra spaci
um xxviij. dierum per omnia signa zodiaci e-
uagatur. vt dicit ptholome. vnde de luna sic
dicit ptho. Sub luna est cancer / et est can
cer domus eius. regnat in cancro sicut in libra
discessus sui regni est. et est planeta frigidus
et humidus cum excessu femineus. nocturnus
moratur autem in quodlibet signo duobus
diebus et sex hoꝛis et bisse. et in xxviij. diebus
complet cursum suū. Item luna inter oēs stel-
las erraticas est magis in incerto et in vago
motu siue cursu ꝓcessiua. Nā ꝑpter breuitatē
sui cursus nunc sub sole nūc supra / nunc ante
nunc retro euagatur. et cum sol circuit per cir-
culos australes inferioꝛes et luna peragrat cir
culos boꝛeales superioꝛes. tunc luna supina
est veluti nauicula / sursum habens coꝛnua.
sed quando est sub sole tūc habet coꝛnua ver-
sus terram inclinata / quando vero decrescit / ē
erecta. vt dicit beda. Item quando luna recto
diametro inter nos et solem est interposita. so
let esse eclipsis. id est defectus solis. Iste autē
defectus nunq̄ potest accidere secundum na-
turam / nisi in coniunctione solis et lune quan
do denuo accenditur. ⁊ ipsa coniunctio in li-
nea ecliptica celebratur. hoc semper est quādo
sol est in capite draconis et luna in cauda vel
econuerso. vnde albuma. in libro de motibus
planetaꝝ si luna inter nos et solem obuiat de
fectum radioꝛuz solis nobis facit in capite vel
in cauda draconis. Quid autez sit cauda dra
conis / quid caput / post dicetur. Item lu-
na per interpositionem minoris terre inter se
et solem defectus sui luminis est passiua. vn-
de macro. in libro astrologoꝛum sic dicit. Lu-
na ascendens vel descendens in solarem line
am incidit si fuerit. xx. quando ex toto soli est
subiecta obscuritatem solis terre facit. sed istū
defectum singulis mensibus nō facit quia nō
semper est in eadez linea qua inter solem ⁊ ter
ram dyametraliter est opposita. nec semper so
lari coꝛpori se opponit. Idem vero defectus
fit lune cum linealiter soli totaliter sit opposi-
ta / scilicet quando est. xv. si enim tunc fuerit di
recte sol sub terra / emittit sol vmbram tumo-
ris terre in lineam sibi oppositam. quaz si coꝛ
pus lune intrauerit / propter vmbram terre in
terpositam inter se et solem a suo lumine tunc
priuatur. quia ergo singulis mensibus luna
plena non fit in linea ecliptica que est vmbre
interpositio. ideo singulis mensibus luna
suo lumine non priuatur.

Itē luna qñq; est cuiusdā obscuritatꝫ et ob nu
bilationis in se contentiua. et hoc ex proprij
coꝛpoꝛis qualitate. quia naturaliter est obscu
ra / cum lumen ex se non habeat / sed a sole.
Vel vt dicunt aliqui illa obscuritas est ex vm
bra terre / ex qua quedam macula resultat in
coꝛpoꝛe lunari / que ipsius lumen in parte ob
fuscat. et hoc fit maxime quando ad terraz ap
propinquat / ex cuius vicinitate et nebulosita
te contrahit quasdam soꝛdes. vt dicit marcia-
nus. quando vero ad altioꝛes ascendit circu-
los. claret munda et nullis maculis obnoxia
tunc videtur vt idem dicit marcianus.

Item luna est mutationis tempoꝝ significa-
tiua. Nam vt dicit beda. luna si in principio
rubeat vt aurum ventos ostendit. si in summo
eius coꝛniculo maculis quibusdam nigrescit.
pluuiosum mensis exoꝛdium p̄tendit. Si ve-

ro nigrescit in medio plenilunium serenū ptendit. cum vero nocturna nauigatione scintillat ad remos. in breui tempestas futura erit. vt dicit idem beda. Itē luna in celesti harmonia est soni grauissimi emissiua. vt dicit marcianus. In circulo em̄ lune fit grauis sonus. sicut in spera celesti est acutus. Ex ordinatissimo em̄ sono et ex stridore tactus orbium generato/dulcissimus. vt dicit est concentus. Itē luna est fecunditatis terre seminibus ministratiua. preest enim seminibus que pficiunt ex rore/qui de corpore lune cadit (vt dicit idem/et ideo scd̄m fabulas dicitur proserpina/eo q̄ semina que piiciuntur in terra dicatur esse dea a gentibus. sic etiam dicitur dyana. id est siluarum dea et nemorum. quia feris de nocte pascua querentibus in nemoribus et in siluis luminis beneficium administrat. et ideo gentiles vocauerūt lunam deam ventorum. quia venatio fit in siluis. pter quod et dyanam cum arcu depingebant eo q̄ venatores arcubus vtebantur. Item luna cum sit frigida et humida/est ex vicinitate solaris circuli caloris receptiua. Nam ex calore solis et siccitate/temperatur frigiditatis et humiditatis sue excessus cū in singulis mensibus in suo descensu ad terram hiems generetur. vt dicit macro. Item luna vt dicit albumasar est aeris mūdificatiua. motu enim suo continuo aerem rarificat et subtiliat vnde si nō esset motus spere lune aerem ex nocturna vaporum exalatione grossicies inficeret/quod corruptionē nō modicam generaret Itē luna f̄m astrologos inter planetas est super dispositione hominis corporis maxime purgatiua. Nam vt dicit ptholo. in libro de iudicijs astrorum. Sub luna otinetur egritudo/amissio. timor ⁊ damnū ⁊c̄. vnde circa humani corporis mutationem/lunaris virtus potissime operatur et hoc accidit. tum pter motus sui velocitatem. tum etiā pter ipsius ad nos vicinitatem/tum pter occultam sibi naturaliter insitam potestatem. vnde morborum mutationem medicus perfecte nō discernit. qui lunares effectus in corporibus nō cognouit. vnde hypocras in principio pnosticorum de luna loquens ait. Est quoddam celeste sydus in quo oportet medicum puidere/cuius puidentia est mirabilis ⁊ stupenda (Et galie. in commē. de diebus creticis dicit) rem certam que non fallit attendat medicus quā docuerunt astrologi egyptiorum q̄ p piunctionem corporis lunaris cum stellis fortunatis fiunt egritudines terminales ad bonū. cum contrarijs vero contrarie scz ad malum. et ideo cautus et perfect⁹ medicus f̄m doctrinam hypo. aspicere debet primam lunam et quando est plena luminis. quia tunc crescunt humores in hoibus et medulle. et fit incrementū in mari et in omnibus rebus mūdanis. Quando igitur infirmus in lectum cadit/necesse est videre vtrum luna tūc exeat de cōbustione. tunc enim crescat infirmitas quousq̄ veniat ad oppsitōis gradū scz in plenilunio. ⁊ tūc si fuerit cū malo planeta aut i malo signo et aspexerit dn̄um dom⁹ mortis qui est signum octauū. id est si aspexerit martem qui dicitur dominus signi scorpionis. tūc de morte timendū est. Si vero fuerit cum bono planeta et in bōa domo siue signo et aspexerit dn̄m domus vite scz martem/qui est domus arietis siue primi signi/de vita tunc sperandum est. et de alijs videndū est. vt pz in li. hypo. quem dicitur cōposuisse de iudicijs infirmitatis scd̄m lunam.

b Habet autem luna quasdam proprietates minus laudabiles tam scd̄m substantiam q̄ scd̄m effectū habet enim substantialem obscuritatem cum nō habeat sicut alij planete lumē a seipsa. habet enim maximam instabilitatem quia nullum sydus ita euagatur per omnes zodiaci sicut luna. contrahit etiam a maliuolis stellis et nociuis nocibilitatem. Nam vt dicit ptholo. Luna est planeta cum malis malivolis. luna insuper per suam oppositionem inter nos et solem aufert a nobis solaris luminis claritatem. luna etiam quando incidit in vmbram terre/perdit lumen suum et suā ostēdit deformitatem et defectibilitatem. Preterea propter vicinitatem quam habet cum crassu aere et terra ab vmbra terre vel ab infecto aere contrahit maculam et deformitatem. vt dicit marcianus. Luna etiam quanto plus recipit de lumine versus terram/tanto minorem versus celum obtinet claritatē. et quanto pl⁹ proficit et crescat versus terram/tanto plus decrescat et deficit in lumine versus celum. Multiplicem etiam habet effectum malum. Nam vt dicit ptholomeus. Luna efficit hominē instabilem et mutabilem de loco ad locum discurrentem. Efficit enim hominē in oculis male dispositum et inordinatū. Efficit etiam in homine vnū oculū alterum maiorē aut facit strabonē siue orbū vno oculorum ⁊ subdit. Homo iuxta cōplexionem in qua lunaris cōstellatio dn̄ium habuit vicio in oculo non carebit. ⁊ h̄ forsan accidit pter accessum lunaris humiditatis oculorum humores ad aliquā prauā q̄litatē disponētis. Dicit etiā in li. mischalach. c. v.

Eclipsis lune maxīe in hieme si fuerit ī signis frigidus excessuz significat frigiditatē et nimie ↄstrictionis in terra et in aere et in aquis. Si fuerit in signis aq̄ticis/nimiam ꝓsagit abūdātiam pluuiaꝝ. Si vero in signis aereis/periculum tempestatum pretendit/et ventoꝝ ruinam. Dicit ptholo. et albumasar ꝙ luna exñs in secundo signo post ascendens/merorem designat tristiciam et ablationem substantie ꝑ fures et predones. similiter in quarto/in q̊nto et in octauo rixam: anxietatem et fugam et mutabilitatem in ipso signat ꝙ qui tunc ceperit repugnare/cito deponetur. In duodecimo autem impedimentum rixam/duritiam et carcerem ex parte amicoꝝ. In omnibus autem alijs domibus siue signis bonum efficit et pretendit maxime si planetis fuerit sociata. Secundum variam etatem lune mouentur menstruales humores in mulieribus et cerebella in animalibus et diuerse passione vi lunari in corporibus excitantur. vt patet in lunaticis. ⁊ caducis Hec de ꝓprietatibus lune et aliorum planetarum dicta iam sufficiant.

ſ Unt aũt due stelle que non sunt planete/sed tamē naturā et effectum videntur habere planetarum scȝ caput draconis et cauda. q̄ mouenť cū firmamento et ↄsequunť cursum firmamenti. vnde a leone transeunt in cancrū et a cancro in geminos. et sic deinceps. Moratur autem in quolibet signo caput draconis. xviij. mensibus anno scȝ ⁊ dimidio. similiter et cauda. et in. xviij. annis complent cursum suū. et si caput est in aliquo signo/semper in signo opposito erit cauda/⁊ venter in quarto. vt si caput est in cancro/venter erit in ariete et cauda in capricorno. et si caput fuerit in leone venter erit in thauro et cauda in aquario. et sic de alijs. et ideo ꝓpter aspectum oppositum cauda totaliter est venenosa. Habet autem caput exaltationem suam in tribus gradibus geminoꝝ/casum vero in sagitario gradibus totidem. econuerso autē cauda habet exaltationem suam in tribus g̃dibus sagittarij/⁊ cadit ī tribus gradibus geminoꝝ. Est aũt hic aduertendum ꝙ quādo luna ↄiungitur soli capiti vel cauda existente ꝓpe gradum coniunctionis a. xij. gradibus vel infra semper est eclipsis futura maior vel minor ꝭm ꝙ caput vel cauda magis vel minus accedit ad gradum ↄiunctionis. et hoc potissime hȝ locum in eclipsi solis. Eodem mō de eclipsi lune hoc tenendū est. quia si luna conuenerit cū cauda in aliquo signo et sol fuerit cū capite in signo opposito/erit eclipsis lune. et econuerso si sol fuerit in aliquo signo cum cauda et luna in signo opposito cum capite/erit iterum eclipsis lune. et si in eodem gradu conuenit/erit eclipsis generalis. vnde semꝑ oportet ꝙ ↄueniant vel in capite vel in cauda in eodē gradu siue prope. xij. gradibus vel infra si debet esse eclipsis. vñ ↄiunctio debet fieri solis et lune quo ad idem signum. eundem graduȝ idem minutū. et idem secundum. In oppositione vero ↄtrarium signum semper erit ꝭm eundem gradum et idem minutū et idem secūdum. Et hoc apparet ꝙ quāuis luna iungať singulis mensibus soli et accendatur/non tñ semꝑ eclipsim facit. q² nō semper in linea ecliptica se ↄiungunt. quia non semper accedit luna in cōmunicatione in eodem gradu. nec etiam semper caput vel cauda in ↄiunctione vel oppositione solis et lune se ↄiungunt.

Ometa est stella quedā flammis circuita (vt dicit beda) repente nascens. regit permutationē que aut pestilentiam aut bella vel ventos/siue estus signat siue pretendit. Comatice stelle aliquando videntur moueri motu planetarum. aliqñ ꝑmanent immobiles sicut fixe. semper autem apparent (vt dicit beda) in parte determiata in celo. non enim vagantur per diuersas ꝑtes zodiaci sicut planete sed videntur esse in circulo lacteo siue galaxia et spergunt radios versus septentrionem nunq̄ versus occidentem vñ in ꝑte occidentali nō vidētur. breui spacio solent apparere scilicet per octo dies. aliquādo visa est. lxx. diebus sicut dicit beda. Ex q̄buscunqȝ autem stellis nascitur cometa siue ex planetis siue ex fixis semper in firmamēto apparet in parte septentrionali. vt dicit ideȝ. Ex quo patet ꝙ stella que apparuit in ortu christi nō fuit cometa quia mouebatur ab oriente ad meridiem versus occasum quem non solet facere motum cometa. vt dicit Crisostomus.

ſ Telle a stando sunt dicte. quāuis enim semper moueantur/semper tamen stare vidētur (vt dicit Isidorus) Dicuntur et sydera a considerando dicta. eo ꝙ in eis vie mathematicorum consideratione multa iudicantur et preuidentur. Dicuntur etiam astra ab austros vel a nastros nuncupata. eo ꝙ secundum opinionem aliquorum stellarum corpora in spera firmamenti sicut claui in rote circumferentia sūt confixa. et hoc quidem nomen est quo ad ali(qua et maxime quo ad maiora

vt dicit Isi. Secundum alfraganum stella est aggregatio luminis in orbe. vel stella est lux aggregata in suo orbe. vnde secundum quod maior est aggregatio luminis in substantia stellati corporis/ tanto maioris est quantitas/pulchrioris claritatis/et amplioris potentie et virtutis. Vocantur autem ab eodem stelle siue sydera lucis vehicula. eo quod sunt luminosa corpora/solacium in nocturnas tenebras mortalibus deferentia/mundi superficiem decorantia/solis lucem a quo recipiunt lumen prout possunt supplentia/emissione radiorum continua aerem depurantia/quorum virtute aufertur a mundo inferiori pestilentie corruptela. Stellarum etiam virtute conciliantur et ad concordiam reuocantur sibiinuicem contraria elementa/corpora sempiterno fulgore illustrant omnia/suo calore saluant et refouent vniuersa. Nam secundum platonicos. vt dicit beda/stelle albe ignee sunt nature. Celum enim cum suo ornatu esse natura igneum multi antiqui posuerunt. Aristo. autem et alij philosophi qui ponunt celum esse elementum vnum et natura et proprietate ab elementis quatuor discretum dicunt stellas non esse frigidas nec calidas substantialiter seu subiectiue. sicut nec ipsum celum sed tantummodo sunt calide effectiue. Motu enim suo continuo et sempiterno inflammant illud supra quod mouentur. et sic in istis inferioribus habent inducere calorem vel algorem. radiorum vero mobilitate et refractione in superficie obiecti corporis habent inducere vim caloris. Sed vnde sunt stelle/certum est quod sunt secundum naturam purissime et simplicis nature ac incorrupte/quo ad formam etiam sunt lucidissime/et quo ad figuram sperice et rotunde. quo ad substantiam solide non porose/quo ad superficiem plane/nullatenus aspere vel angulose. quo ad situm sunt altissime/quo ad motum velocissime/quo ad quantitatem sunt maxime quamuis propter situs distantiam videantur esse parue/quo ad numerositatem innumere. illi enim soli qui stellas numerat sunt finite/quo ad potestatem et effectum stelle sunt magis inter corpora virtuose. Nam stelle sunt inferiorum generatiue/immutatiue/conseruatiue/radiorum suorum emissione/tenebrarum noctis illuminatiue/secundum cursus in suis orbibus vniformiter completiue in solis presentia quo recipiunt lumen sui sunt occultatiue. in suo ortu et occasu sunt aeris multipliciter immutatiue. quia nunc tempestates concitant/nunc serenitates generant et procurant. vt dicit beda. coloris variatione/et radiorum scintillatione/nunc tristium. nunc letorum euentuum secundum mathematicos sunt pronunciatiue.

Sunt etiam nauigantibus prospere et ipsarum viarum in medio maris directiue vbi stelle vicinius sunt coniuncte/maioris luminis et pulchrioris sunt expressiue. vt patet in plyadibus et sydenbus galaxie. et quamuis tantam ostendant pulchritudinem ex quadam vicinitate/quia pariter sunt coniucte et lucidissime in communi appareant singulariter considerate/tamen per se non apparent singulariter ita pulchre. et huius ratio est vt dicit marcianus. quia excedens fulgur vnius per quandam refulgentiam alterius insufficientiam ex se reparat atque finit. Unde quod vni deest/ex quadam decentibilitate alia supplet que magis excellet in claritate. Item stelle propter situs sue distantiam sunt hominibus dispariter sue magnitudinis ostensiue. Nam vt dicit albumasar. quanto sunt cenith capitis nostri magis vicine/tanto semper videntur esse minoris quantitatis et offeruntur nostris aspectibus minus parue. et econuerso quanto plus elongatur in suo ortu a nostro habitabili seu in occasu/tanto nostris oculis videntur generaliter esse magis magne. et etiam maiores videntur esse in quantitate in occasu quam in ortu (vt dicit beda) Tunc autem aliquid dicitur sup esse cenith capitis nostri/quando directe videtur esse super caput nostrum. cenith autem dicitur recta positio super caput nostrum cuius forte ratio est vt idem dicit. quia vapores de terra ascendentes rectitudinem radiorum ad oculos perfecte venire non permittunt. et ideo oculus decipitur in huiusmodi aspectu. quia quod circumfusum est in aere a solari radio estimat oculus comprehendere in seipso. Sed sicut dicit agasel. talis visus decipitur/sicut quando fulgor candele a sano oculo sine obstaculo conspicitur. sed a lippiente sine arcus celestis imagine non videtur et putat deceptus oculus omnino in alio videre .s. in lumine viso quod tamen in altero non est/sed in ipso potius. Idem dicit auicen. in. c. de obscuritate visus/quere supra de visu. Item stelle sunt secundum marcianum in suis circulis armoniace processiue. Omnes enim toni musici concentus inter sydera moliuntur/sed grauitas inferiorum dissonam reddit melodiam superiorum siue mediorum et econuerso. superiorum acuitas destruit sonum grauiorum inferiorum sicut dicit martianus. Item secundum aristotelem in libro de celo et mundo. Stelle sunt ex materia corporis celi in quo posite sunt atque fixe/et ideo naturaliter sunt splendide. sicut et celum in quo reuoluuntur. vnde omnes stelle habent lumen proprium preter lunam. sed quamuis stelle sint ex se luminose/ad consumationem tamen sue luminositatis

ab ipso sole. Itē stelle sūt sue virtutis ⁊ lumi/
nositatis sibi inuicē ɔmunicatiue. vna enim
auget claritatem alterius. et bonitas vni⁹ for
tificat bonitatē alterius. sicut dr̄ i libro de cō/
iunctionibus planetaꝝ. Item stelle proprijs
circulis et sedibus sunt cōtente. et iō si circul⁹
vnius intersecando aliquando subintrat cir/
culū alterius. propter hoc proprias sedes stel
le non deserunt. nec sunt alijs per quas tran/
seunt impeditiue vel iniurie inuicem illatiue
Item stelle quedā vt di. Marcia. celerius or/
te/ celerius occidunt. quedam vero tardi⁹ or/
te/ citius occasum petunt. quedā autē pariter
oriūtur. ⁊ tamen non simul occūbere cogno/
scuntur. Hec aūt varietas ortus ⁊ occasus ac/
cidit ex dispari altitudine circuloꝝ in quibus
oriuntur. vel ex eleuatione siue depressione di
matū in quibus occūbere videnf. Nā secūdū
variā eleuationē vel depressionē corporis ce
lestis varijs temporibus. vel oriunf vel occū/
bunt. Item stelle sunt temporum annoꝝ scʒ
mensium et dierum distinctiue et permutati/
ue. Nam sicut dicitur in libro de proprietati/
bus elementorum aristo. permutatio tēporis
non est nisi propter permutationem stellarum
in signis diuersis super climata septem. aut
ex permutatione lune singulis mensibus. scʒ
xxviij. diebus. aut permutatione mercurij et
veneris. in omnibus decem mensib⁹ vel mi/
nus vno. aut ex permutatione solis in quoli/
bet anno. aut ex permutatione martis in duo
bus annis. aut iouis in duodecim aut satur/
ni in triginta. aut ex coniunctione ⁊ permuta/
tione triplicitatis in triplicitatem inducētis:
et quinquaginta annis aut propter permuta
tionem stellarum fixarum orbis. permutātur
autem in centum annis vno gradu. accidit au
tem magno permutatio omnibus in trigin/
ta sex milibus annis. ⁊ hic est annus magn⁹
quod est vltimum omnium rerum. (hucusqꝫ
Aristoteles in libro eodem.) In libro autem
ciceronis dicit Macro. Istius mundani an
ni finis est/ cum stelle omnes/ omniaqꝫ sidera
ac planete a certo loco siue creationis ad eun
dem remeauerint. hoc autem et phisici volūt
post annorum. xv. milia peracta cōtingere. ⁊c.
quicquid aūt sup hec dixerūt philosophi. hoc
certitudinaliter tenendū est. q̄r nostrū non est
diffinire q̄n vltimus finis erit hoc enim solus
nouit temporum conditor qui momenta ⁊ tē
pora continet in sua potestate.

POlus (vt dicit beda) ē stella paruis
sima a qua tota pars celi superior sic
est dicta. Duplex aūt ē polus scʒ arti
cus siue borealis qui nobis semper relucet et
pollet. nobis autem nunquā occidit. quia su
per nos existit. vnde polus a pollendo est di/
ctus/ quia cōtinuo mūdo pollet. Sed polus
secundus dicitur antarticus id ē australis/ po
lo artico oppositus/ qui nobis semper est in/
uisibilis. Inter istos duos polos quasi īter
duos mundi extremos vertices semꝑ voluif
firmamentū. hi duo poli nunq̄ mouenf circu
lariter de suo loco tn̄ in spere circulo circūferū
tur. Axis aūt a polo ad polū ꝑ mediū centrī
terre extenditur circa quam totius firmamenti
impetu rapitur ⁊ mouetur. Hic autem axis
non est materialis/ sed potius linea quedam
intellectualis/ que a polo vsqꝫ ad polum re
cto diametro sicut linea a puncto vsqꝫ ad pū
ctum est tracta circa quam tanq̄ circa mundi
medium sempiternis raptib⁹ voluitur firma
mentum. ¶ Polus igitur est stella quo ad si
tum altissima/ quo ad motū velocissima/ quo
ad aspectum nostrum minima/ quamuis sit ī
se valde magna/ quo ad effectum vtilima. q̄r
per ipsius situm discernuntur situs et termini
aliorum syderum ⁊ celestium circulorum. vn
de hec stella ab astrologo potissime intuetur.
Est ergo stella illa breuissimi circuli descripti
ua/ propter nimiam elongationem ⁊ distanti
am a nostro situ est sue magnitudinis occulta
tiua/ propter situs sui immobilitatem est ho
minum ipsam aspicientium maxime certifica
tiua/ et iō vocatur stella maris/ quia nauigan
tium ⁊ sciam nauigalē seu naturalē habētiū ī
mari ē directiua/ rōne sui situs medij toti⁹ celi
ē ostensiua ꝑ grꝫ arturi sibi ꝓpinqui ab alijs
stellis ē distinctiua/ a cui⁹ vicinitate polus ar
ticus est vocata. vt dicit Beda.

ARturus est signum a septem stellis
in axe in se reuolutis constitutuʒ (vt
dicit Isidorus.) Harum septem stel
laꝝ circulus q̄r in modum plaustri vertif/ lati
ni eū septētriōnē vocauerūt. Septētriones au
teʒ nō occidere axis vicinitas facit eo q̄ stelle
iste axi ⁊ polo stelle altissime sunt vicine. Dicif
autem idem circulus artofilax/ eo q̄ arcton id
est ꝑlecen vrsam sequitur. Eundem boetē an
tiqui dixerunt/ eo q̄ plaustro heret. quod est si
gnum spectabile multis stellis inter quas est
artur⁹ q̄ ē ꝓprie sid⁹ p⁹ caudā maioris vrse
positum. vnde ab hac stella tota constellatio
illa arturus est vocata vt dicit Isid. ⁊ merito
dr̄ artur⁹ ab artando dict⁹. q̄r ex ꝑma illa pte
surgit frig⁹ propter elōgationē a calore solis

frigore vero poli terre artuantur ꝛ constringũtur. Apparent autem septem stelle radiose rutilantis forme quarum quatuor anteriores ĩ modum quadranguli alterius lateribus ordinantur. tres vero sequentes in modum semicirculi disponuntur. Locantur autem sub polo circa axem vnde semper circũeunt polũ tanquam centrum. vt dicit Gregorius) semper ille stelle vertuntur circa axem sicut vrsa circa stipitem. ꝛ ideo ille circulus maior vrsa vocatur vt dicit Macro. semper vertitur et nunq̄ ad ima demergitur vt dicit Grego. quando tres stellas eleuat. quatuor ad ima declinat. ꝛ ecõuerso cum quatuor sursum erigit tres ad ima deprimit ꝛ demergit vt dicit Gregori. Inter omnes circulos soperiores circulus arturi est altior. quia polo vicinior. hominũ aspectibus maxime se offert. nunq̄ est hora noctis quin videri possit/ nisi forsan eius aspectus nebulis vel nubibus intercipiatur. Inter medias stellas arto draco admodum fulminis elabitur. vt dicit Martianus. Hiemali tempore in ortu suo maxime rutilat quadam scintillarum irradiatione fortem aque et terre congelationez prenunciat. vt dicit Martianus

Rion est astrum tempore hiemali exortum/ aquarum et tempestatum excitatiuum. Est autem orion nubilosus ventoꝝ ꝛ tempestatũ generatiuus. Et est orion ab ortu et mundatione aquarũ orion dictus. (vt dicit Isi.) In suo autem ortu tẽpestates generat et aerem immutat admoduz armati pedes et brachia extendentis disponi nitur/ et fere per latitudinem triũ signoꝝ eius extenditur longitudo vt dicit Marcianus maxime fulget in signo thauri. vt dicit idem. Est autem constellatio maxime notabilis et rõne magnitudinis ac pulcritudinis ꝛ etiam rõne dispositionis ꝛ virtutis. ab ariete enim vsq̄ ad geminos se extendit (vt dicit martianus). totam etiam illorũ triũ signoꝝ superficiem fulgoris sui pulchritudine clariorez reddit. vt dicit idem. gladiati militis et accincti in stillarũ ordine procedit. de quo dicit Marci. Armatus etiã flagrans splendebat ĩ armis. ꝛc. splẽdor tamen orionis vt dicit idem signuz est future serenitatis. sicut econuerso eius obscuritas future est presagium tempestatis sole existente in signis orionis in thauro et in gemis omnia germinant et oriuntur. que nutrimentum recipiunt ex aquis et aere et ex terra. vt dicit idem. Constellationem orionis sequitꝛ quedam stella que dicitur canicula que ab astrologis mali uola dicitur et nociua/ que secundum fabulas eius canis fingitur fuisse vt dicit idem. non tamen est hec canicula illa nociua que oritor in leone/ a qua dies caniculares a phisicis nuncupantur. sicut dicit Galienus Orion ergo in ortu suo primo tempestatem pronosticat/ sed post serenitatem solito operatur ad terre fecũditatez. Sole existente i thauro quasi se abscondit sub radijs solis/ nec tũc suam manifestat inferioribus claritatem. Oritur autem iterum in iulio quando sol ascendit de geminis ad circulos vlteriores/ quãdo terra maximam patitur distemperantiam aeris/ quo ad calidam qualitatem. (vt dicit Marcianus.

b yades que ꝛ sicule dicuntur/ sũt quedam stelle pluuiales/ in quorum ortu pluuie multiplicantur. vt dicit isidorus.) Nam tunc temporis vapores a mari ꝛ a terra per caloris solaris violentiam fortius ad superia attrahuntur/ qui motu hiadũ in pluuias resoluuntur. Et ideo ille stelle dicuntur hyades idest sicule/ quia attrahendo humores et resoluendo eos traxisse aquas a fabulis confinguntur. (vt dicit yginus.) Habent autem he stelle situm suum in frõte thauri. vt dicit Marcianus. et cum dies extenditur et sol feruentior ascenderit/ tũc hyades primo solent apparere vt dicit Gregorius super iob. xx. quando a saturno impelluntur. diuersas generant tempestates. (vt dicit Beda.) In hyadum ortu fruges vberius crescunt/ qꝛ tunc a pluuijs irrigantur. Plures habet hyadum constellatio stellas darissimas per girũ ordinatas. que oriuntur in. xvi. gradu thauri ꝛ turbant aerem in ortu suo. (vt dicit albumasar.

Lyades sunt septem stelle a pluralitate dicte que sibi sunt vicine ab inuicem tamen sunt distincte. vt di. Gregorius. hiemali tempore oriuntur. quanto autem aura serenior est et frigidior. tanto melius ab alijs discernuntur. vna enim inter septem latere videtur qui nec ex toto se mãifestat. nec ex toto se occultat. inter genua thauri habent situm. (vt dicit Isidorus.) Sol in mense iunio per plyades iter facit/ et tunc aeris caliditas vernalibus pluuijs tempatur. ꝛ terra tunc tpis floꝝ pulchritudine adornatur. (vt dicit marci.)hac de cã dicitur iuno amasse maiam. qꝛ fingitur fuisse vna de plyadibus et fuit mꝛ mercurij scđm figmentum poetarum vt dicit marcia. secũdũ albumasar aũt oriuntur plyades in. xvi. gradu thauri cum hiadibus ꝛ motu suo turbant aerem.

Anicula ē stella quedā feruentissima que oritur scd̃m Albumasar in .xix. gradu cancri. ī cuius ortu magna fit aeris perturbatio. ab hac stella dicuntur dies caniculares in quibus sanguinē minuere vel medicinam laxatiuam accipere est summe periculosum propter excessum distemperātie aeris in calore. (vnde hypo. in amphoris. ante canem et post canem ⁊ sub cane moleste sūt farmacie. ⁊ ibi dicitur in cōmento ꝙ ante ortū illius stelle et in ortu ⁊ post ortum statim periculosum est dare potionē laxatiuam. qꝛ tunc est aer calidus ⁊ siccus scȝ a calido signo ⁊ a calida stella ⁊ a sole tunc in leone cum canicula existente. vnde ex modica medicina corpus fieret nimis calidum ⁊ siccum/ ⁊ febris forsitā sequeretur. medicina etiam euaporaret et nimis operaret̃/ cū corporis pori tunc ex calore aeris sunt aperti. Dicit enim ibidem galienꝰ. Calor extraneus vires extrahit medicine. vnde aqua calida repugnat solutioni si calor aeris tunc est fortis. Preterea virtꝰ interior tūc est debilis ⁊ per potionē vel minutionē plus debilitatur. Durant autem dies caniculares a .xv. calendas augusti vsqꝫ ad nonas septēbris et sic sunt dies quinquaginta sicut ibi dicitur.

tet triplex dierũ differentia. s. kl'. dputate ad ce
lebrandum. nonas ac tributa ad negociandũ.
Idualis statuta ad recedendum a nundinis ⁊
ad ꝓpria reuertendũ. Dies aũt naturalis con
stat ex. xxiiij. horis quibus sol circa totam terrã
raptu firmamenti circũfertur. cuius partes sũt
quadrans/hora/punctũ/momentũ/vncia/et
athomus. Est aũt quadrans quarta pars diei
naturalis idest spacium sex horarum. hora enĩ
vi. pars quadrãtis. idest. xxiiij. pars diei natu
ralis/⁊ dicitur hora extrema ⁊ finalis pars tẽ/
poris/sicut ora dicaẽ extremitas fluuij siue ma
ris. (vt dicit Isi.) Punctũ est quarta pars ho
re/momẽtum. x. pars pũcti siue quadragesima
pars hore. ⁊ dicitur momentũ quasi minimuꝫ
atqꝫ angustissimũ tꝑus siderum a motu nũci/
patum vncia aũt dicitur. xij. pars momẽti.
Athomus est. xlvij. pars vncie. ⁊ dicitur atho/
mus quasi sine diuisione. qꝛ vltra athomũ nõ
recipit subdiuisionem. Dies itaqꝫ est illumina
tionis a sole receptiua/⁊ luminis recepti ad ali
os diffusiua. vnde dies a dyon grece deriuaẽ
Est aũt dyon idem quod claritas (vt dicit Isi
do.) Item dies ẽ mensium ⁊ annorũ descripti
ua ⁊ distinctiua omnia enim temporũ ⁊ secu/
lorũ curricula dierum numero computanẽ.
Item secũdum accessum solis ⁊ recessum ẽ di/
es breuitatis et magnitudinis receptiua. ⁊ ideo
ꝓpter solis elõgationeꝫ a nostro habitaculo ĩ
hyeme ẽ breuissima. ĩ estate aũt lõgissia qꝛ tũc
sol nobis vicini⁹ appropinq̃t. Itẽ sideꝝ ⁊ cor
porum superiorum est dies occultiua. qꝛ quã/
to dies est clarior/tanto stelle a nostris aspecti
bus occultantur. Item inter colores et rerum
visibiles forma est dies discretiua/ nam figu/
re ⁊ forme que de nocte latent/de die patent. (
vt dicit Beda.) Item diei presentia auium lu
cis est letificatiua. In ortu enim diei gaudent
⁊ cantãt aues. Item viatoribus est dies secu
ritatis ⁊ pacis tributiua/ que latronibus ini/
mica est et timoris incussiua. latrones enim de
die timent. Item diei claritas est tenebrositati/
tis nocti euacuatiua / et ipsi imediate successi
ua/et quanto nox precedens magis tempestu
osa est ⁊ turbulenta/tanto est succedentis diei
presentia magis grata. Item dies est status
sui mutatiua. crescit enim uel decrescit cõtinue
et quanto plus decrescit ⁊ abbreuiatur in hye
me/tanto plus in estate prolongatur. Item
dies est a torpore ⁊ somnolentia excitiua/nam
dies exercitio ⁊ labori hominum deputatur. ⁊
quanto plus dies declinat versus finem/tan/
to sapiens operarius ad perfectionem diurni
operis plus conatur (vt dicit Grego.

a Urora finis est noctis precedentis
⁊ diei sequentis principiuꝫ. Et di
citur aurora (vt dicit Isiderus.) q̃si
aurea hora eo ꝙ in utilitateꝫ ad mo
duꝫ auri diffundit colorem. vnde ⁊ sol in auro
ra a grecis crisostomos idest auri dom⁹ appel
latur. nam radij eius splendentes aureas co/
mas demonstrant. Uel dicaẽ aurora quasi au
ra rorans/eo ꝙ in aurora ros generatur. ex cu/
ius humectatione infunditur terra/ et aeris ca
liditas temperatur. aurora lumen a sole impe
trat. qꝛ clarior est ipsa nocte/sed obscurior cla/
ro die. aues mundas ⁊ diurnas ad volanduꝫ
⁊ cantandum excitat nocturnas autem fugat.
In ortu autem aurore flores primo clause
aperiunẽ/et herbe que estu precedente macre/
scunt/in aurora eriguntur. vires animales in
aurora confortantur/ ⁊ animaliũ egritudines
alleuiantur et diminuũtur. In aurora autem
humor sanguineus dominatur. Unde secun/
dum Constan. Aurora vsqꝫ ad tertiam imitaẽ
naturam veris. meridies estatis/hora vesperti
na/temporis autumnalis/nox vero hyemalis
qualitatibus. In aurora ꝓpter dominium sã
guinis somnus dulcis est et salubris. tunc etiã
temporis maxime galli ad vociferandum con
citantur. Oritur autem lucifer in aurora et oriẽ
tis solis presentia nunciatur esse ꝓxima ⁊ vici
na. Aurora a tenebris incipit/sed vsqꝫ ad per
fectionem luminis proficit ⁊ procedit. Uariat
autem in ortu solis colorem suum. vnde nunc
croceum nunc purpureum/nũc aureum protẽ
dit colorem. Accidit hec varietas ex diuersa q̃li
tate vaporum vel nubium in quibus modis
fit depressio solarium radiorum (vt dicit Be/
da.) Nimia autem serenitas in aurora cum ra
dijs solaribus directis contra austrum signuꝫ
est future tempestatis (vt dicit idem Beda.)
Idem est autem aurora ⁊ diluculum. Sic au/
tem dicitur/ quia est diei lucidum ⁊ luminosuꝫ
principium. Est enim diluculum. secundũ Isi
do. terminatio noctis et inchoatio plene lucis
alleuiatio infirmitatis/expeditio ab inimicis
In diluculo hostes fugiunt ⁊ latrones (vt idẽ
dicit) Idem est mane quod diluculum. nã ma
ne est lux plena ⁊ matura. ⁊ dicaẽ a mene quod
est bonum/eo ꝙ luce nihil est melius. (vt dicit
Isi.) Est autem mane principium laboris/et

finis dormitationis tempus sobrietatis/ et p̄fectio celebrate digestionis/ paulatim nocti finem imponit et cito transit. rerum qualitates/ species et figuras preostendit ꝛ producit.

Meridies est dicta quasi dies media Nam in meridie in medio celi videtur consistere sol in medio puncto inter ortum ꝛ occasum existens videtur equaliter ab vtroq; tunc distare. vel dicitur meridies quasi mera dies/ q2 tunc purior et clarior est sol/ quando de medio celi rutilat/ ꝛ totū orbem illuminat pari claritate (vt dicit Isi.) Hec hora calidior est ꝛ siccior/ et in suis qualitatibus est similior estati. Et accidit propter quatuor scilicet propter directam solis ad capita nostra oppositionem/ ꝑpter solarium radiorum reflexionem/ ꝛ directam duplicationem/ ꝛ ꝑpter radiorum spissitudinem/ ꝛ eorū cōfractionem/ ꝑpter linearum angustiam in q̄bus radij coartanť. Aer etiam tūc temporis ꝑpter multiplicationem ꝛ concursum radiorum maxime calefit. ꝛ ideo amplior calor in istis inferioribus generatur. In meridiana autē hora vmbra vniuscuiusq; corporis ē breuissima et a meridie versus septentrionē/ tunc temporis est extensa. et quanto sol plus recedit a meridiano circulo/ tanto obiecti corporis vmbra amplius perlongantur. (vt dicit Beda.) In meridie flores et herbe arescūt. sꝫ fruges et fructus potissime maturescunt. Animalia loca vmbrosa ꝑpter solis feruorem querunt/ ꝛ in suis latibulis requiescunt. In meridie animalia venenosa sicut colubre ꝛ serpentes plus ledunt/ quia venenum suū facilius tūc infundūt de mane etiam ꝑpter frigiditatem nocturnam precedentem rigescunt. et ideo in eis vis veneni cōsopitur. sed in meridie calefiunt/ vnde tūc ad pungendum ꝛ virus veneni infundendū fortius inardescunt. Unde in feruore meridiano cauernas exeunt/ ꝛ calefactionis gratia soli se exponunt (vt dicit Isi.)

Vespera a vespero stella occidentali est dicta. Uesperus enim est stella qui solem occidentem sequitur ꝛ tenebras sequentes comitať (vt dicit Isidorus.) Uocatur autem vesper serū a ianuis seratis sic dictum/ quia quādo venit vesper fores serantur/ vt omnia in domo maneant tutiora. Dicitur etiam crepusculum idest dubia lux/ quando inter lucem ꝛ tenebras discernere nō est certum (et dicit idē.) In vespere igitur dies finitur et solares radij a terre sup̄ficie subtrahunť. imminente vespera/ vmbre corporum maxime protenduntť. Flores qui contra solem aperti fuerant ꝑpter solis absentiā in se clauduntur. pori etiam corporum qui ex calore diurno aperti fuerant ꝑpter remissionem caloris in vespere constringunť exalationes et fumosi vapores que materia sunt nebule ꝛ nubis/ vespertino tempore resoluūtur homines ꝛ animalia ꝛ etiam volucres ꝑpter resolutiōē fumositatū in eorū corporib9 ad sōnū ꝛ dormitiōnē tūc disponūť. aues nocturne sicut bubōes ꝛ noctue de suis latibulis ad sua pascua parāda tēpore vespertino egrediuntur. greges a pastoribus ꝛ a pascuis reducti i caulis ꝛ alijs ouium receptaculis recolligunť. lupi a canibus in vespere vix discernūtur. vigiles ꝛ custodes propter latronum insidias ꝛ hostium insultus in muris ꝛ turribus statuūtur. in vespere etiā laborantes remuneranť ꝛ quieti exponūtur.

Nox a nocendo est dicta eo q̄ oculis nocet. nam oculū priuat a sua perfectione scilicet ab actu videndi. occultat enim rerum colores in quibus oculus delectatur. Causatur autē nox ab vmbra terre cuius interpositio intercipit a nobis solares radios ꝛ impedit ꝛ tollit a nostris aspectibus visum solis. Est autem nox frigida ꝛ humida qualitatibus hyemis similis ꝛ ideo quieti animalium est congrua/ virtutū ꝛ operationi naturalium effectuum necessaria Unde nox est tempus dormitionis ꝛ quietis vt uirtutes que per vigilias diurnas distracte ꝛ disperse fuerant debilitate/ beneficio noctis quiescant ꝛ coadunantur/ et sic coadunate confortentur. ne nox propter solis absentiam essꝫ penitus indecora/ stelle cum fulgoribus illustrant. Unde ex stellarū motu noctis tenebrositas minoratur/ ꝛ noctis cursus ꝛ processus discernitur. aeris etiam nocturna densitas temperatur (vt dicit Albu.) ꝛ ideo in nocturnis tenebris ambulantes vel nauigantes/ de facili deuiant. nisi eorum via per motum ꝛ siderum situm dirigatur. omnis infirmitas plus extenditur generaliter nocturno tempore q̄ diurno et patiens de nocte plus q̄ de die aggrauatur per cantum gallorum finis noctis predicatur. ꝛ aduentus future diei prenunciatur. Nox autem secundum excubias in quatuor vigilantium ordines distribuitur. (vt dicit Beda.) Nam primi vigilant in noctis principio. Secundi in conticinio. Tertij in media nocte/ siue ipsius noctis intempeste silentio. Quarti in gallicinio. Omni enim tempore in castris vigilant ꝛ excubant/ ne inueniant quod formidant (vt dicit idem super luce. xij.) Preter hec nox est ex se horroris ꝛ timoris incussiua fantas-

inatum & illusionum contentiua. plura enim fantasmata occurrunt de nocte quam de die. plures enim occurrunt dormientibus de nocte quam de die vigilantibus fantasie. (sicut dicitur ibi multa passa sum per visum propter ipsum) Math. xxvij. Nox etiam est condensationis & infectionis inductiua. Tanta enim fit de nocte ex fumis & vaporosis exalationibus aeris immutatio et infectio quod vix animantia viuerent/ nisi sidera et luna suo motu contra huiusmodi malitiam obuiaret. (vt dicit Albu.) Nox etiam est illorum que claritate diei occultantur manifestiua. vt patet quia sidera de die latent. de nocte vero apparent immundorum animalium est nutritiua. nam apri. et alie fere siluestres de die in suis foueis & antris latitant/ de nocte vero per vineas & agros euagari non cessant. audacie & securitatis maleficijs est sepius prestatiua. nam de die deprehendi timent latrones & fures qui nocturno tempore ad omne flagitium sunt audaces (vt dicit Grego.) hora tempestatis/ nocturna mora periclitantibus in mari est maxime nociua. quia quando nox naufragium patientibus superuenit/ euadendi locus aliquis vix occurrit (vt dicit Grego.) Totius medietatis vite humane est nox insensibiliter consumtiua. tantum enim temporis consumimus de nocte dormiendo/ quantum de die in vigilando vnde nox subtrahit quo ad laborem partem maximam vite nostre. (vt dicit Gre.)

Sabbatum est primum septimane festum/ quod ad celebrandum deo in die septima fuit a domino institutum/ quia in die septima requieuit dominus ab omni opere. (Gen. ij.) Unde apud hebreos ita preualuit hec solemnitas in tantum/ quod nullum opus in sabbatis fieri permittebatur immo in sabbatis seruis/ ancillis/ animalibus/ & iumentis/ requies fieri iubebatur ignis in domibus iudeorum in sabbatis non accendebatur. cibus in die sabbati necessarius/ in die precedenti preparabatur/ cultioribus indumentis populus in sabbatis ornabatur/ lautioribus cibis & epulis populus communiter in sabbatis vtebatur/ templum orationis gratia plus quam in alijs diebus frequentabatur/ altaria sacrificijs maioribus & oblationibus pinguioribus semper in sabbatis cumulabantur/ lex in sabbatis semper a populo a sacerdotibus exponebatur & declarabatur/ cantus cum psalmodia solemnius agebatur/ omnis discursus et euagatio populo prohibebatur. Unde inter sabbati spacium tantummodo. M. passuum vocabatur. plus enim ambulare in sabbatis illicitum putabatur (sicut dicit glo. super act. Apostolorum) arma sumere nisi solum pro defensione legis non concedebatur. (vt patet in libro Machabeorum. ij.) In quiete ergo sabbati/ quies animi figurabatur. Uiolator etiam sabbati sine misericordia interfici iubebatur. vt patet in illo qui colligens ligna in sabbato/ qui iubente domino lapidibus fuit a populo interfectus.

Neomenia apud hebreos idem est quod noua luna & erat solemnitas in kl. mensium ad honorem domini que renouat omnia instituta. Quod enim fecerunt gentiles in principijs mensium ad honorem diane & iunonis/ fecerunt hebrei in kl. mensium ad honorem creatoris. Et ideo principia mensium dicuntur kl. quasi colende (vt dicit Isi.) Dicuntur a calo grece quod est voco latine. quia tubis et buccinis hec solemnitas pronunciabatur/ a clangore buccine ad festum neomenie vocabatur populus. Hec festiuitas multum fuit celebris et insignis. & ideo spiritualibus hostijs honorabatur. & populus ad epulandum et conuiuandum in kl. tubis & buccinis specialiter inuitabatur.

Septuagesima est spacium. lxx. dierum que extenduntur a dominica que dicitur. lxx. vsque ad sabbatum pasce. et dicitur sabbatum in albis In his autem. lxx. diebus signantur. lxx. anni quibus filij israel captiui fuerunt in babilone per quos continue fuerunt in miseria & dolore sed accepta licentia a Ciro rege/ reuertebantur finitis. lxx. annis cum gaudio & honore. In his autem. lxx. annis captiuitatis babilonice prefigurabatur totum corpus/ quod diu culpe subditur atque pene. & culpa primi hominis cum pena sibi inflicta/ legitur in ecclesia in prima dominica quando. lxx. inchoatur. vnde in signum presentis miserie cantica leticie subticentur. nuptie et coniugia donec post pasca suspenduntur. In pasca autem alleluya cum alijs iocunditatis canticis resumitur. qui passionem christi seruitus humani generis relaxatur pena tamen adhuc remanet. Et ideo in septimana pascali cantatur gradale cum alleluya. quia adhuc cum spirituali leticia quam habet ecclesia pro remissione culpe remanet quedam tristicia/ pro remanente adhuc pena/ sicut populus israeliticus de sua reuersione libera in hierusalem multum exultabat. sed nihilominus propter dif

ficultate itineris multum vel plurium laborabat. Sic nos tendentes ad patriam gaudem⁹ per gratiam nostre redemptionis sed adhuc lugemus pro peccatis. cum autem vite presentis septuagena fuerit adimpleta / tunc fulgebimus in albis in agni presentia. et ideo i sabbato in albis cantatur duplex alleluya. quia finito labore vite presentis / cum peruenerim⁹ ad eterne quietis sabbatum gaudebim⁹ stola duplici nobis tunc temporis restituta. in signum miserie vite presentis cantantur in introitu misse. Circumdederunt me gemitus mor. pro spe reuersionis inuitamur in epistola ad currendũ in stadio. et ad laborãdum in vinea domini sabaoth docemur in euangelio. Hec omnia ex summa et scientia Jo. beleth sunt extracta. cuius auctoritas in ecclesia ẽ solemnis. maxime in officijs ecclesiasticis ordinandis.

Quinquagesima quasi quinquies decem est vocata. et signat tempus remissionis secundum expositionẽ ipsius Beleth. nam annus quinquagenus dicebatur ãnus iubileus / qui apd hebreos fuit summe celebris et festiuus. annus enim fuit reuersionis proscriptorum / remissionis debitorum restitutionis deperditorum. Incipit autẽ quinquagesima in dominica tertia a septuagesima / et finitur in dominica resurrectionis. Signat enim statum gratie ad quam restauramur mediante beneficio penitentie. Unde ieiunium ecclesie incipit in medio quadragesimalis septimane / et tunc frequentius quinquagesimum psalmum qui est penitẽtialis recitamus in diurno officio / in singulis fere horis psalmus ille penitentialis qui miserere mei deus intitulatur) repetitur. Obseruationem autem anni quinquagesimi qui dicebat᷑ i lege iubileus. incipit secundum hebreos ante legem a tempore scilicet abrahe / qui liberauit loth nepotem suum qui tunc temporis fuit annorum. l. et ideo ab illo tẽpore inter filios abrahe seruabatur quod precedẽte tempore sub lege propter misterium approbatur. vt patet in numeris.

Quadragesima est tempus. xl. dierum vt dicit Jo. incipiens a dominica prima quadragesime et se ꝓtendit vsqȝ ad domini cenam / in qua dominus noui testamenti sacrificiũ inchoans / pane angelico nos reficit / in quo nobis figuratur ꝙ qui. xl. penitentie vel presentis vite spiritualiter pegent diuine contemplat. omnis societate finali perfruetur. Est autem quadragesima tempus militie christiane in quo a crius contra vicia dimicamus. Hunc enim dierum numerum ad nostram assumimus militiã non solũ per exemplum moysi et helie / sed etiã per imitationem iesu christi qui tot diebus legitur ieiunasse. Bene autem sub hoc numero ieiunamus. nam pro eo constat ex denario q̃ter in se reuoluto decalogum sub denario / et euangelium sub quaternario representari / quibus annis spiritualibus noster aduersarius repugnatur / et terra viuentium iure hereditario possidet᷑ / sicut terra promissionis / finita. xl. annorum pugna in deserto filijs israel cõcedebat᷑ Fructus etiam nostre militie ostenditur sub h numero. nam quadragenarius collectis ptib⁹ ipsum diuidentibus / producit numerum / quĩquagenariũ / qui numerus remissionem debitorum et hereditatis amisse restitutionẽ signat Ex quo ostendit᷑ ꝙ dimicando contra vicia remissionẽ consequimur peccatorum / et heredes efficiamur bonorum. In hoc enim numero vite nostre decimas et primitias consecramus. nã ꝓ decima. ccc. lx. dierum ieiunamus. xxxvi. dies pro decima. vi. dierum et horarum qui residui sunt de anno integro vnum diem / vt in sũma soluantur deo pro decima anni. xxxvij. dies ieiunabiles / et tres dies de ieiunio quatuor temporum pro primitijs offeruntur. hoc aũt facimus vt offerentes deo primicias nostris tẽporis in fide trinitatis et decimas in completõne decalogi per fidem et bonos mores / primogenitorum dignitatẽ et eterne felicitatis denarium assequamur. Et quia quadragesima est tempus militie ideo in euangelio agitur de militia et victoria ipsius christi. In tractatu vero quatuor impugnationum et temptationum genera demonstrantur. Quarum prima est leuis et occulta scilicet timor nocturnus. Secunda ẽ leuis et manifesta scilicet sagitta in die volans. Tertia est grauis et manifesta scilicet occursus demonij meridiani. Quarta est grauis et occulta et hoc est negocium in tenebris ambulans. Contra istas itaqȝ impugnationes vtimur spirituali armatura / ad quam nos instruit apo. i epistola et inuitat / vbi dicit exhibeamus nos sicut dei ministros per arma iusticie et c. Inter omnia autem tempora anni tempus quadragesime est magis nobile et insigne. Est enim tẽpus reuiuificationis / quia terra que in hyeme videbatur quasi mortua tempore quadragesimali reuiuiscat et virescat. Item tp̃us est renouatõis. nã terra herbis florib⁹ et arbores frõdib⁹

renouantur et ornantur. Item tempus est im/
pregnationis et fecundationis. quia tūc virt⁹
generatiua in aīalibus ⁊ plantis marie viget
Unde tunc pullulant ⁊ germinant terre nascen
tia/vniuersa. Item tempus est nidificationis
et pullificationis. vnđ turtures ⁊ ciconie ⁊ alie
volucres qui iacuerunt tota hyeme/tēpore ver
nali adueniunt/et ad nidificandum sunt solli
citi. Item tempus est medicine ⁊ purgationis
qꝛ tunc maxime mouebūtur humores in corpe
ad exeūdum. et ideo est ꝯgruum tempus medi
cine. Item tꝑus est lucrationis ⁊ negociatōis
tunc. n. arabilis est terra ⁊ mare nauigabile. et
ideo solent hoīes vernali ⁊ quadragesimali tē
pore ob spem lucri/ad diuersa negocia se mo/
uere. Item tempus est resecationis superfluo
rum ⁊ amputatōnis. et ideo in quadragesima
amputant̄ vites et alie arbores que a superflu
is exonerant̄. Itē tempus ē lacrimationis vi
nearum incisarum ⁊ germinationis. Nam hu
mor qui erat in radice superfluus euaporat ⁊
distillando se euacuat incisa vite. virtus etiam
germinabilis tunc erumpit/ ⁊ per diuersas p/
tes in propagine se ostendit. Item tempus est
seminationis ⁊ sertionis quia circa quadrage
simam ⁊ semina terre committunt̄ et surculi in
arboribus inseruntur. Item tempus est roris ⁊
pluuialis irrigationis/tūc enim oriunt̄ hyades
⁊ alie stelle imbrifere que sūt causa roris ⁊ plu
uie ad iactorum seminum irrigationem ⁊ nutri
mentum. vt dicit Albu. et Beda. Item temp⁹
est deambulationis et peregrinationis. qꝛ tūc
ecclesie et sanctorū limina maxime frequētant̄.

p Asca grece passio dicitur latine a
pathin quod ē pati. Hebraice eni
idem est qđ transitus/eo ꝙ pasca
hebreorum agnus imolabat̄/ as/
sus comedebatur/ quod comedi non poterat/
igne cremebatur. ⁊ nihil ex eo/ vsqꝫ ad mane đ
relinquebatur. cum festinatiōe ⁊ lactucis agresti
bus et panibus azimis comedebatur. ab incir
cisis et immundis comedi ꝓhibebatur acci
cti fuerunt hebrei et pedibus calciati quādo ab
eis comedebatur/in manu manducātis agnū
baculus tenebatur/sanguine agni linitis do/
morum postibus virtus exterminantis an/
geli coercebatur/ quia non habuit potestatem
nocendi vbi domorū postes cum superlimi
naribus fuerant tunc liniti. In comestione eni
agni imolati transeunte domino per egyptum
egyptiorum populus peraticebatur. populus
vero hebreorum ab egyptiorum crudeli domi
no liberabatur. vnđ ex eo ꝙ primogenita egy
ptiorum interficiebantur hebreorū primoge
nita sanctificabantur. Post comestionem ve/
ro agni populus precedente columna ignis ⁊
nubis illesus per mare rubrum de egypto edu
cabatur. Phaaron autem ipsos persequens
cum toto suo exercitu preceps/ in medijs flu/
ctibus emergebatur. tandem in fine cum hym
nis et canticis pro sua liberatione ⁊ hostiū sub
mersione gratiarum actiōes domino soluebāt
Hec omnia in Exo. per ordinem continentur.
scilicet. xij. xiij. ⁊. xiiij. Et ideo in memoriam in
terfectionis egyptiorum ⁊ liberationis hebre
orum inoleuit consuetudo. vt semper de duo/
bus damnandis ad mortem/ vnus in pasca
iudeorum interficeretur et alter liber dimittere
tur. vt patet Mathi. xxvi. Istud autem pasca
iudeorū typus fuit et figura pasce christiano
rum/in quo mediante sanguine agni immacu
lati qui abstulit peccata mundi/ omnes electi
a seruitute demonum sunt et redempti p quē
verum faciunt transitum de carne ad spiritum
de veteri homine ad nouum. de vmbra ad lu/
cem/de mundo ad celum de figura ad verita/
tem/de seruitute ad glorie filiorum dei liberta
tem. Ideo dies pascalis est tempus leticie et
exultationis/tempus lenitatis et renouatiōis
tempus puritatis ⁊ iocunde refectionis. quia
resurrectionis filij epulantur/ non in fermento
veteri malignitatis sed potius in azimis since
ritatis et veritatis. nostrum autem pasca sēp
in die dominico celebramus verno tempore
luna adhuc plena. In dominica autem semp
celebramus/ propter reuerentiam dominice re
surrectionis. Non autem semper celebramus
in. xv. luna cū iudeis/ne iudaizare videamur
Nostrum insuper pasca large sumptum/ad mlt
ta se extendit. Et primo ad diem in ramis pal
marū/quod vulgariter pasca floridum dicit̄.
eo ꝙ in illo die florentes arborum et virentes
ramos in manibus gerimus. quia dominus
illo die processionaliter cum ramis arborum ē
receptus. Hec dies e. priuilegiata/ in hoc ꝙ
filij israel/illo sub Josue transito iordane sic/
co vestigio intrauerunt terminos terre promis
sionis(et ederunt de frugibus terre chanaan.
et statim defecit manna quo aliti fuerunt in đ
serto quadraginta annis. vt patet Josue. ij.
In eodem etiam die sicut erat tūc dies palma
rum eiecit dominus de templo ementes ⁊ ven
dentes postꝙ a turbis cum ramis palmarum
et oliuarum honorifice est susceptus. Ad pasca
etiam pertinet dies cene qui secundū Jo. be.
in quatuor est priuilegiata. in penitentium ad
ecclesiam redeuntium reconciliatione.

Qui enim in die cinerum ab ecclesia per

iusticiam educuntur/in die cene per misericor diam in sinū ecclesie recipiuntur. ⁊ ideo i quin ta feria fecit dominus ex aquis pisces ⁊ volu/ cres/partem enim dimisit gurgiti/partez leua uit in aera/qꝛ dominus malos in carnalibus delectantes seperat a bonis in celestibus glori ficatis. Secundū priuilegium consistit in vete ris sacrificij terminatione ⁊ mirifici sacramenti altaris institutione. quando carnalis ritus in celestem ⁊ spiritualem ritū est mutatus. Terti/ um priuilegium consistit in sacre vnctionis et crismatis ꝯsecratiōe. tūc enim ab episcopo ole um cathecuminorum et infirmorum quo par/ uuli baptizandi inunguntur in organis sensum morte iam appropinquante/cōsecrant. Eodez etiā die ꝯficitur crisma ex oleo ⁊ balsamo quo paruuli crismant a minore sacerdote in vertice a maiore. s. ab episcopo in frōte videlicz in ꝯfir matione. Quartū priuilegium est in mandati dominici representatione. ⁊ hoc fit in pedum ablutione. in pauperum refectione. in altariuz denudatione ⁊ eorum expiatione. Est igit dies cene dies reconciliationis. trāssubstantiatiōis. cōsecrationis siue vnctionis dies refectionis ⁊ ablutionis. Ad pasca nostrum in super ptinet dies parasceue. ⁊ dicitur bona sexta feria. qꝛ i ea dominus est passus cuius passione omnes sexte ferie habende sunt in reuerentia ⁊ honore Celebratur autem dies parasceue cum tristicia ⁊ merore quamuis aliorum sanctorum passio/ nes cum gaudio celebremus quia sancti post martirium euolant ad celum. Christus vero de scendit ad infernum. sed qꝛ fregit tartara ⁊ san ctos eduxit/⁊ tertia die viuū se ostendit. Ideo tunc maxime gaudemus. vt dicit idez Jo. be. Huius diei priuilegia fuerunt xp̄i immolatio ⁊ demonis qui mortis habebat imperium hu miliatio/p̄adisi aperitio/hoīs redemptio/scri pturarum reseratio siue manifestatio/omnium figurarum cōsummatio. Et ideo in cruce dixit. Cōsummatū est. Ad pasca quoqꝫ pertinet ipsi us vigilia/que anatomathice sabbatum san/ ctum appellatur/qꝛ in illo sabbato christus q̄ est sanctus sanctorum tota die in sepulchro re/ quieuit. In hac die ignis nouus acquirit/be/ nedicitur/⁊ ad accendēdum pascalem cereum custoditur. deinde cereus pascalis erigitur et a diacono bn̄dicitur ⁊ accendit/cui thus in for/ ma crucis imprimitur. deinde lectionib⁹ lectis ad consecrationē fontis ꝓcessionaliter acceditur ⁊ cōpleto baptismo/ad celebrationē misse re/ uertitur ⁊ redit. totum aūt diei officiuz sub bre uissimarū vesperaruz compendio terminant ne neophiti ad diuinū officium inconsueti/tedio

afficiant. Tota. n. septimana pascalis celebris est ⁊ solēnis/cuius finis in sabbato i albis ter minatur. qn̄ alleluya duplicatur. Signat enī futurā sanctorum gloriosam resurrectionez. in quadruplici stola electi decorabunt. de quib⁹ dicitur in Apo. Ambulabunt mecuz in albis/ quoniam digni sunt.

Penthecostes fuit festuz solēne apd hebreos sicut est moderno tempo re quo ad nos/⁊ est dies. l. a pasca. Sicut enim populus israhelitic⁹ quinquagesima die que a pasca quod celebra uerunt in raphadim venerūt ad montem. Sy na ⁊ legem susceperūt. vt patet Exo. xix. Ita quinquagesima die a passiōe xp̄i datus ē spiri tus sanctus apostolis in linguis igneis vt facti di essent in omni genere sermonis/ ⁊ feruidi in amore caritatis. Dicitur aūt penthecostes a pē tha quod est quinqꝫ ⁊ costes quod est decem q̄ si quinqꝫ decades dierum a pasca vsqꝫ ad pen thecosten. Intercurrunt et distinguitur p septez septimanas/ꝓpter septiformem gratiaz/ que in aduentu spiritus sancti credentib⁹ est colla ta. Tempus aūt circa penthecosten est tempus militie strenuitatis. tunc enim noui tirones mi litie cingulo seu gladio accigunt. Est etiam tē/ pus mundicie ⁊ siccitatis. Sole enim terre su perficiem tunc fortius calefaciente humorū cō sumit superfluitatem ⁊ lubricitatē ⁊ sic inducit mundiciam per supinductam siccitatem. Itez est tempus leticie ⁊ iocūditatis/qꝛ tunc aues ⁊ animalia in maximo amore viuunt. Item tē/ pus viroris ⁊ amenitatis/tunc enim precipue herbe virent ⁊ silue frondent. Item tp̄us odo ris ⁊ suauitatis. naz flores ortoruz nemorum ⁊ pratorum suā redolentiam vndiqꝫ tunc dif/ fundūt. Item tempus est dulcoris ⁊ saporisi tatis. nam calor celestis tūc temporis humidi/ tatem in floribus digerit/⁊ in dulcedinem alte rat et cōuertit. et ideo tempus est mellificationi congruū/ꝓpter quod apes precipue tūc frequē tāt herbas et arbores ꝓpter flores. vt dicat ari sto. ꝙ longe purius ⁊ dulcius est mel quod col ligitur tempore uernali ꝙ quod acquirit tēpe autūnali. Item tp̄us maturitatis. In calidis enim regionibus circa peothecosten instat mel lis tp̄us. ⁊ ideo vocat in libro numerorū tp̄us nouarij frugū. qꝛ in festo penthecostes panes ex nouis frugibus offerri precipiebant. Itē tē pus est pascue ⁊ sanietatis. nam tunc granis ⁊ herbis habundant loca oīa pascuosa. ⁊ ideo tam equi ꝙ alia animantia propter nouarum herbarum habundantiam impinguantur. Item tempus est audacie ⁊ animositatis.

Nam ex ferueti impressione caloris solaris colera tunc incenditur. ex cuius accensione circa cor/ira 7 audacia in animalibus cocitatur. vnde illud tempus regibus magis est consuetuz vt tunc iubeant moueri bella cotra hostes.

Cenophegia festiuitas est hebreorum que tabernaculorum fixio dicebatur que celebratur in memoriam expiationis qn recedentes de egypto in tabernacula morant vt dicit Isid. Unde scenophegia dicit a cenon grece qd latine dicitur tabernaculum. Hec solenitas semp in septembri celebratur. qr collectis frugibus/ de oibus decimas domino obtulerut/7 leticie ac gaudio specialiter tuc vacauerunt. frondibus 7 ramis domos suas ornauerunt. fruct9 arboris pulcherrime 7 suauis idest poa cedri in manibus portauerut In decima autez die eiusdem mensis triplex festum eodem die celebrauerunt. s. expiationis afflictionis 7 ppiciationis. nam eo die summus pontifex intrauit cu sanguine vitule ruffe 7 expiauit sancta sanctorum/ 7 ideo dicitur dies expiationis. Eodem die ieiunabat populus pro reatu vituli in deserto. 7 ideo vocabatur dies afflictois. Ideo vero vocabatur dies propiciationis quia tali die audiuerunt sibi dominum placatum fuisse 7 propicium super transgressione vituli i deserto.

Ncenia est noui templi dedicatio cenon enim grece nouuz dicitur latine. Hanc solemnitatem iudei diuersis temporibus celebrabant secundum q diuersis temporibus vel nouum templum edificabatur/ vel edificatum de nouo reparabatur. sicut Judas machabeus legitur templum dedicasse 2 renouasse. pmo Machabeorum. quarto. Dedicationis etiam festu tenet ecclesia. Cum enim episcopus ecclesiam circuit/ aqua benedicta ecclesiam aspergit. alphabetuz dupiex transuersaliter per pauimentuz scribit. parietes signat crismate 7 linit. th9 7 thimiama per quinq partes altaris combu rit. reliquias icludit. altaria ornat 7 vestit. emunitatem 7 priuilegia impendere consueuit.

Finit Liber Nonus.

De materia et forma.
et eius proprietatibus

Liber Decimus.

Ompleto tractatu de proprietatib9 temporis et partiu eius/ agedu est de inferioribus 7 materialibus creaturis de elemetis scilicet 7 eorum que ex elementis materialiter coponut. Sunt aute materia 7 forma omnis rei corporalis principia/ vt dicit in li. de vnitate. Materie autem 7 forme priuatio nihil aliud est q totius rei destructio. 7 est materia contraria vnitati 7 ei dissimilis vt dicitur ibidem. Materia aute quato est natura subtilior 7 sublimior tanto ad susceptionem forme est abilior. quanto vero e copactior et terrestrior 7 a natura celesti remotior tanto ad susceptionem impressionum formalium est debilior. vt dicitur in li. de quinq substatijs. et hoc habet propriu materia sicut ibidem dicitur scilicet suscipere formam 7 non suscipi/ retinere 7 non retineri. Principium aute distinctionis diuisionis et alienationis in reb9 generalibus 7 numerationis est materia/ vt dicitur. vij. metha. quia generans non differt a generato secundum materiam/ 7 ideo vbi est generans siue materia idem est substantialiter generans 7 generatum in substatia 7 materia vt in diuinis. materia enim est causa indiuiduationis rerum. vt dicit Aristo. iij. metha. q diffinitio speciei per indiuidua est secundum materiam 7 non secundum formam. Item materia propria appropriat sibi formam propriaz vt dicitur. x. metha. Unde secundum substantiam et esse/ sub vna forma est vna materia et sub pluribus plures. Item materia phisica est subiectum quantitatis continue que est diuisibilis in infinitum. 7 est materia subiectum diuisionum. propter quod accidens non potest diuidi nisi secundum diuisionem 7 quantitatem subiecti. Item materiam infinita dicitur. vel quia diuisibilis est in infinitum vel quia habet appetitu ad infinitas formas/ 7 ideo pter determinationem suorum appetitum 7 inclinationem ad formas infinitas dicitur infinita/ 7 non q eius virtus sit infinita/ non limitata scilicet neq coartata/ sicut virtus est diua.

et ideo dicit Plato ꝙ materia fluit in infini-
tū / nisi forma sistat fluxū. et ideo corpa que mł-
tum hñt de materia et parꝝ ꝺ forā crescūt mł'tū /
vt patet in arboribus. ⁊ ideo ossa parū habēt
sensibilitatis / qꝛ multū habent materie ⁊ ter-
restreitatis. vt dicit Auicen. Latet autē in ma-
teria potentia quedā actiua que est forma incō-
pleta / ⁊ hec potentia est cōis duobus cōtrarijs
Unde qñ illa potentia ducit᷑ ad actum vnius
forme / appetit statim esse sub forma cōtraria /
vt ista potentia que cōmuniter se habet ad fri-
gidum ⁊ calidū quando actualiter est sub frigi-
do statim appetit ēē sub contrario. Unde nul-
la forma corruptibiliū ⁊ generabilium pōt suf-
ficienter cōplere potentiā actiuam in materia
quin semper appetat impleri ꝑ aliā formā. Il-
la aūt forma cum sit dispartita nō pōt induci
nisi ꝑ corruptionem forme presentis / sꝫm ergo
ꝙ virtus agentis immissa corrūpit presentem
sic excitat formā actiuam ad formam ꝯtrariam
⁊ dat ei paulatim cōpletius esse donec fiat sub
esse cōpletissimo illius forme. Has ⁊ multas
alias ꝓprietates habet materia quas esset su-
perfluum hic recitare. quere tamē supra li. viij
de bonitate mundi.

e X iam recitatis ꝓprietatibus ma-
terie relucent ꝓprietates ipsius for-
me. Et scd̓m Aristo. in li. de quin-
qꝫ substantijs. Forma est quasi lu-
men vnicuiqꝫ pulchritudinem essentiam ⁊ si-
gnum tribuens. Forme autē lumē materie in-
fusum descendēdo fit debile ⁊ obscurum secun-
dum materie capacitatē. Est aūt forma differē-
tia que differt aliquid ab aliquo / vt dicit idem
Formarū aūt alia est essentialis ⁊ alia acciden-
talis. Essentialis forma est illa que adueniēs
materie perficit eam ⁊ scdm cōuenit ad rei ali-
cuius ꝑfectionem / qua. n. posita res ponitur ⁊
qua destructa nihil de rei substantia inuenit᷑.
Unde in ꝑhisica dicit᷑. forma cū materia est cā
omniū accidentium. Forma aūt accidentalis
nō perficit res neqꝫ facit eas esse sicut dicit᷑. viij
met. sed quelibet forma accidentalis indiget
forma suastantiali que est causa forme acciden-
talis. Forma enim omnis simplicior est ⁊ actu-
alior ac nobilior materia. ⁊ ideo scd̓m Aristo.
in li. de animalibus. forma se habet ꝑ moduꝫ
viri qꝛ pōt informare mł'tas materias sicut vir
potest fecundare mulatas feminas. vnde secū-
dum exigentiam forme que est imprimenda
materie / oportet materiam disponi ⁊ prepara-
ri qꝛ si de materia terre debeat fieri ignis opor-
tet ꝙ terra subtiletur ⁊ depuretur ⁊ simplicior

fiat. Si vero ecōuerso / et econuerso. Est auteꝫ
forma materie manifestatiua. nunꝙ enim pōt
sensu videri materia substantiali vel acciden-
tali forma. nisi per viā priuationis sicut vide-
tur tenebra videndo nihil / et sicut auditur silē-
tium non audiendo somnuꝫ vt dicit Calcidi9
super pla. ⁊ cōmenta. super primum metha. (
dicit materia est causa quare male videm9 res
creatas. vnde nihil est cōmunius ⁊ generalius
⁊ tamen nihil ignobilius ꝙ sit materia qꝛ nun-
ꝙ videtur sine forma. nec etiam pōt videri for-
ma nisi cū materie actu sit coniuncta. vbi vero
plus est de forma ibi minus est de materia si-
cut dicitur in. iiij. metha. ⁊ econuerso. vbi plus
est de materia ibi minus est de forma. ⁊ est res
magis grossa ⁊ impura. magis ignobilis et
obscura quanto a nobilitate forme amplius ē
remota. Formarum aūt alia spiritualis / alia
corporalis. corporalis vero alia celestis / alia
elementaris. Forma aūt celestis est ita actiua
ꝙ complet totū appetituꝫ materie sue. ideo ꝓ-
pter presentiam sue forme complentis totali-
ter ⁊ ꝑficientis celestam naturam substantia ce-
lestis non potest destrui vel corrumpi / sed ha-
bet potius per formam suam que in suo actu
perfectissima est in esse perpetuo conseruari.

Forma elementaris non potest complere to-
tam potentiam materie sue nec eius perficere
appetituꝫ. ⁊ ideo relinquit illius potentie ma-
terialis aliquid incompletum propter quod
semper appetit nouam formā / ⁊ ideo talia cor-
pora semper corruptibilia quo ad potentiam
⁊ sepius quo ad actum. quanto enim forma ē
nobilior ⁊ spūalior ⁊ a conditionibus mate-
rie separata magis ⁊ abstracta / tanto etiam ac-
tualior et virtuosior vt patet in intelligentijs.
quarum substantia non dependet a materia si-
cut dr̄ in tertio de aīa. In habentibus mate-
riam non est intellectus. verumtamen angelos
non habere in sua essentia materiam non affir-
mo / sed siue angelorum essentia sit ex spiritua-
li materia et forma composita siue non / hoc ꝓ
certo tenetur ꝙ eorum substantia respectu rerū
corporalium simplicissima est et actualissima
sicut forma spiritualis actualior est ꝙ corpora-
lis vt dicit Albu. vnde respectu materie nobili-
or est forma cuiuslibet mixti. nobilior vero for-
ma elementi. nobilissima autē est forma corpis
quinti siue celi / sed omnes istas formas incor-
poraliter in nobilitate et actualite spiritualis
forma siue sit in angelo siue in anima precxcel-
lit. et hec de proprietatibus forme et materie ꝓ-
ut ad hoc opusculum pertinent dicta nunc suf-
fiunt.

Elementū est ſm Constā. simplex et minima corporis compositi particula. minima aūt dicitur quo ad nos q2 sensu nō pcipitur. Est enī3 pticula minima 2 vltima in corporis resolutione sicut fuit prima in cōpositione. Dicit aūtē simpla. nō q2 simplex sit elementū sine cōpositione aliqua sed q2 non habet partes aliquas cōponētes specie ꝛ numero differētes sicut aliqua corpa que sunt mixta vt patet in metallis quoꝝ partes differūt. pars eni quedā est aer q̄dam terra ꝛ sic de alijs. ſꝫ quelibet pars ignis est ignis ꝛ sic de ceteris. Dicit autem elemētuꝫ quasi ilimentū ſcd̄m Isid. abil e eo ꝙ omniū corporum sit materia et quasi primitiuū fundamentū. et ſm alios dicit quasi elementuꝫ siue alimentū eo ꝙ omnia corpa alunt elementaribus qualitatibus ꝛ augmentant. Sūt aūt quatuor elementares qualitates quaruꝫ due sunt actiue. s. calditas ꝛ frigiditas ꝛ due passiue. s. siccitas ꝛ humiditas quarū cōuenientes differētie superius in. xiij. li. planius describūtur quere ibi. Inter qualitates aūt elemētares cōtrarietas est ꝛ repugnantia rōne quarū ad inuicem agūt ꝛ patiunt generant ꝛ corrūpuntur Quantūcumqꝫ. n. ad inuicem ꝯtrariant / p influētiam tñ celi ꝛ planetarū virtutē ꝯciliantur in suis effectibus ꝛ ad ꝯcordiam reducūtur. et ideo quodā mirando nature nexu cōiungunt nam ignis ꝛ aer conueniūt in caliditate q̄uis discrepent in siccitate ꝛ humiditate. Aer vero ꝛ aqua in humiditate cōueniūt sed discordant ī frigiditate. sed aqua ꝛ terra concordāt in frigiditate ꝛ discordant in humiditate ꝛ siccitate. ignis aūt ꝛ terra que sūt elemēta summe distātia ſm situm cōueniūt in siccitate disconueniūt tamē in frigiditate. q2 terra frigida est substantialiter ꝛ in vltimo. Ignis vero essentialiter calidus est ꝛ in sūmo. Ex istis aūt elemētis quatuor / duo sūt nobilioris ꝛ purioris substantie ꝛ leuioris. s. aer ꝛ ignis. et ideo a cētro vsqꝫ ad circūferentiam habent motū ꝛ naturaliter mouent sursum ꝛ ista duo ꝯtrahūt nobilitatē suā quo ad virtutem operationē ꝛ substantiaꝫ ex vicinitate orbis siue celestis corpis a quo recipiunt influentiā mobilitatis ꝛ virtutis. nā virtus celestis primo influit super sperā ignis et per ignē sup speram aeris. et ideo hec duo elementa sunt ceteris sublimiora quo ad situm agiliora quo ad motum puriora ꝛ subtiliora quo ad substantiā clariora ꝛ magis pspicua quo ad formā. virtuosiora quo ad actum. duo enim elementa sūt inferiora. s. aqua ꝛ terra ceteris duobus naturaliter grauiora motum a circūferentia ad centrū deorsum habentia per aggregationē partium ꝛ ꝯpactionē spissa ꝛ obtusa. ꝛ ideo predictis duob⁹ sunt grossiora ꝛ meliora plus habētia de materia ꝙ̄ d̾ forma. Unde ꝓpter summā elongationē a spera orbis virtuti motiue celi nō sunt ita obediētia sicut duo prima. Nunq̄ eni sunt elemēta ociosa / immo in agendo ꝛ paciendo sūt cōtinua. vnde nunq̄ quiescūt a generatione ꝛ a motu. terra eni et si quiescat a motu / nunq̄ tñ quietem aut cessatōnem recipit ab effectu / et sicut nō sūt ociosa ab actu / sic nō sunt vacua ab ornatu. nam quodlibet elementū habet ornatū suū. ignis sidera aer volatilia / aqua natabilia / terra gressibilia vt dicit Beda. de quibus aliqua auxiliāte domino breuiter sunt dicenda.

Ignis est corpus simplex in vltio calidum ꝛ siccū. vt dicit Constan. naturaliter eni sup aerem sedere q̄rit. per violentiam. n. in aere vel in terra detinet paulatim in mollē aereꝫ euanescit vt dicit Isi. ꝓprietates eni ignis tangit. Dioni. in hierarchia angelica. li. xij. Ignis inquit est corpus sensibile longe excellentius ꝛ subtilius omnib⁹ alijs rebus corpalibus ꝛ nature spirituali primū ac p hoc effectū suū dissimilius cūctis alijs demonstrat. Ignis. n. in oibus est ꝛ p oīa dare se consueuit et ab omnib⁹ non remouet. est tñ incognitus / occultus / immensurabilis / inuisibilis / quodāmodo incorporeus potens actionē ꝓpriam / mobilis / tradens se omnib⁹ quoquo modo approximantib⁹ / mouens vniuersa se se participantia / renouatiu⁹ omniū / nature custos / illuminatiuus cum circūuelatis splendoribus / clarus / discretus / distinguens ꝛ resiliens / deorsum pascens / ꝛ sursum mouens / acute means excelsus nō recipiens ignominiam minorationis / semp motiu⁹ cōprehensiuus / ꝛ mutatiuus in se reuertēs / potenter actiuus. ꝛc. Hec verba diuinissimi. Dyoni. pfundissima sūt. describit enim ignē quo ad eius substantiā / virtutem / ꝛ operationē. vnde declarationē predictorū verba cōmendatoris super predictū locum breuiter hic ponemus. Ignis eni inter omnia elemēta sitū habet sublimiorem / ꝛ hoc q2 naturam habet leuiorē. et ideo dicitur excelsus quia pondere carens sublime querit vł petit / supereminet vniuersis et quicquid corporeum preter ipsum naturaliter sub eo subsistit inter omnia elemēta naturam habet puriorem ꝛ subtiliorē ꝛ ideo dicit quodammodo incorporeus q2 ꝓpter subtilitatem

sue substātie pter subiectam materiaꝫ sensu nō videtur. ppter hoc etiam dicitur ꝙ multum videt nature spirituali pximū/ qꝛ quandomō videtur ignis esse medius inter visibilia ⁊ inuisibilia. in quantum aūt appropinquat inuisibilibus est incorporeus. sed in quantum approximat inferioribus corporeus est.

Item naturam habet ceteris elementis actualiorem ⁊ in agendo fortiorem. ⁊ ideo dicit immensurabilis/ qꝛ eius virtus ⁊ opatio crescit i infinitum/ si materia fuerit infinita. ꝙ diu enī materia subiecta sufficit ignis nō deficit. sed sēper potius crescit. Item naturā habet occultiorem. ⁊ ideo dicit occultus/ qꝛ in sua essentia sensibiliter nō videtur inuisibilis ⁊ incognit⁹ dicitur. qꝛ sine subiecta materia non percipitur/ quid etiam sit in sua essentia seu substātia vix cognoscitur intellectu. Item virtutem ⁊ naturam habet alijs mobiliorem. et ideo dicit mobilis et potens omniuꝫ. qꝛ in igne est principium virtutis motiue quia mouet se et alia/ ⁊ a nullo inferiori se mouetur. Item naturam habet ceteris inferioribus clariorē. Unde dicitur ꝙ ille est illuminatiuus/ qꝛ claritate sua omīa illuminat. sed cum circūuelatis splendoribus nam splendidi ignis radij foris emicant. sed circumuelantur. quia rursum ad secretum substantie sue sinum reducti a nostris sensibus occultantur. Item ex subtilitate sue substātie virtutem habet omnibus alijs acutiorem ⁊ penetrabiliorem ppter quod dicitur acute means. quia proprie virtutis motu subintrat sine resistentia ⁊ penetrat vniuersa. Item ignis habꝫ virtutem sui ⁊ aliorum manifestatiuam et distinctiuam/ nam sē manifestādo alia sibi obiecta manifestat/ et eorum colores ⁊ figuras oculis representat. ⁊ ideo dicitur clarus manifestus discretus distinguens. Item vim habet inferiorum ad superiora attractiuam. nam materiam in quam agit rarefaciendo dissoluit ⁊ caloris sui violentia sursuꝫ trahit propter quod dicitur deorsum pascens ⁊ sursum trahens. Itē virtutem habet renouatiuam. omnia enim veterascunt/ antiquantur/ et deficiunt que virtute ignea non seruantur. vt patet in senibus in quibus deficit calor naturalis. et ideo dicitur renouatiuus omnium et nature custos. Sine enim virtute ignis non potest subsistere virtus alicuius corporis naturalis. Item virtutē habet immutatiuam/ quia omnium naturam in quam agit/ superat/ conuertit in suam specieꝫ et transmutat. et propter h̄ dicit apprehensiu⁹ ⁊ immutatiuus. nam materiam in quam agit apprehendens illam nō deserit/ sed consumēdo in suā similitudinem ꝯuertit. apprehendēs aūt non apprehenditur/ qꝛ consumpto eo in quo agit/ in se resilit atqꝫ redit. et ideo dicitur silens ⁊c. Item virtutem ⁊ naturaꝫ suiipsius cōmunicatiuam et sine diminutione diffusiuā et ideo dicit non recipere ignominiam minorationis. qꝛ sicut cum effundit nō augetur/ sic cum recipitur non minoratur. neqꝫ in eo quod videtur augmentum recipere est capiens gloriam. neqꝫ in eo ꝙ putatur minor sustinet contumeliam. Item naturam habet purgatiuam. metalla enim que non potest ꝯsumere a scoria et rubigine mundificat/ expurgat/ ⁊ emundat Item virtutem habet saporum ⁊ humoruꝫ alteratiuam. Unde ⁊ humores in corpe excoq̄t ⁊ digerit/ et cibos crudos cōsumēdo in eis superflua sapidos et sanos reddere consueuit.

Item virtutem habet sue substantie per reruꝫ omniū ⁊ ꝯmixtorum corpum essentiā diffusiuam. qꝛ in rebus omibus inuisibiliter est iclusus. quanqꝫ indudi actualiter non videatur. q̄re inde est manifestum. quia ex forti corporum solidorum allisione ignis excutitur/ in quibus esse nullatenus putabatur. Item ignis subtilitate sua substantiali habet virtuteꝫ sui cū alio corpe in mediatissime mutatiuam. vt patet in ferro ignito/ et carbone inflāmato. et hmōi. in quibus ignis ita secundum omnes sui partes singulis ferri et carbonis partibus coniungit. ꝙ videt vnius substantia/ ⁊ alterius sensibiliter distantia penitus nō sentit. vnde et triplex ignis species a phis diffinitur. Est enim ignis lux/ ignis flāma/ ignis carbo. Ignis enim est in sua spera lux. sed flamma dicitur in materia aeris. carbo aūt in substantia terrea siue in feculentia materie grossioris. Has ⁊ multas alias habet ignis ppietates. de quibus supra li. ij. in tractatu de ordine seraphin. ⁊ libro. iiij in tractatu de qualitatibus elementaribus. s. c. de calore. quere ibi. nam ea que iaꝫ dicta sūt hic sufficiant.

f Lamma est materia ignea in substantia aerea accensa. nam aer propter sue substantie subtilitatem ⁊ immediatam quam habet cū spera ignis vicinitatē de facili ignit ⁊ in naturam igneam ꝯmutat. ⁊ scd'm ꝙ substātia aerea est purior tāto flāma erit lucidior ⁊ clarior ⁊ nature lucis similior videbit. mouet aūt flāma naturaliter sursū/ ⁊ ab oī pte rei accense linealiter in acutum tēdit ⁊ in conum. vnde in sua extremitate habet formā pineam ⁊ acutam. vnde in suo acumine ppter ꝯcursum radioꝝ in āgulo acuto fortius caloris sui imprimit actionem

et ideo qꝛ in ſummo piramidali angulo cali/
dioꝛ exiſtit materiam ſibi impoſitā inflāmat
facilius ⁊ accendit calorem ſcd̄m materiam in
quam agit ⁊ lucē recepit. Unde ſi materia eſt
turbida ⁊ fumoſa/ turbidā et obſcuraꝫ reddit
lucem ⁊ ecōuerſo. ſi materia fuerit tranſparens
et pura/ rutilat et radios luminoſos vndiqꝫ cir
cūfundit. tenebroſa illuminat/ et abdita ꝓdit.
viam ⁊ vie offendicula ambulātibꝰ oſtēdit. ꝓ
pter ſui leuitateꝫ ⁊ materie aeree mobilitatē in
quam agit/ in motu eſt ꝯtinuo ⁊ nunꝗ̄ penitꝰ
requieſcit. venti modicus impulſus flammaꝫ
excitat ⁊ accendit. ſed ſi fuerit nimis vehemēs
flāmam diſſipat et extinguit tortuoſe ⁊ anfra/
ctuoſe aerem impellit cōtinue. ⁊ ideo mouetur
circulariter et accendit. (vt dicit Mer.) Unde
Uulcanus a Junone in terra in proiectus ſe/
cūdum figmenta poetica/ claudus fuit. ex vio
lentia ſui motus ꝑtes materie in quas agit in
inuicem allidendo cōuertit/ et ex partium colliſio
ne mutua ſonum facit. locum ſuperiorē quere/
re ſatagit ⁊ materiam ſibi ꝑ incorporationem
adherentem ab inferis ad ſuperiora attrahere
non deſiſtit.

F Umus eſt vapor ex partibus ma/
terie ſubtilioribus ⁊ humidioribꝰ
vi calore reſolutus. Habꝫ aūt gra
ues partes mixtas cū leuibus ex q̄
bus obſcuritatem cōtrahit ⁊ fetorem. vnde ae
rem denigrat ⁊ in naturam fumigabūdam cō/
uertit. amaritudinē. n. ex materie groſſitie cōtra
hit ex cuius acumine oculos amaricat/ ac lacri
mas ꝓuocat/ ac ſenſibiliter viſuꝫ ledit. ſui acu
mine ⁊ ad cerebrū penetrat ſpiritum animaleꝫ
grauat ⁊ ꝑ cōſequens naturalem. Unde dicit
in libro animalium. ꝙ fumus candele extincte
ledit pregnantes in tantū ꝙ ſi equa pregnans
talem fumum ſenſerit/ faciet abortiuū. Fumꝰ
etiam apibus eſt inimicꝰ ⁊ ledit accipitres et
alias prede aues. (vt idem dicit.) Fumꝰ inſu
per cito moritur poſtꝙ̄ oritur. (vt dicit glo.) ibi
ſunt ſicut virgule fumi. cito enim in altū aſcen
dit/ ⁊ cito vel ſubito euaneſcit. ex igne oritur/ ⁊
anteꝙ̄ appareat ignis apparere videtur. a vē/
to mouetur ⁊ diſpergitur ⁊ multipliciter circūfer/
tur. Fumus etiam oſtendit ventuꝫ a qua parte
veniat. quia illuc fumus tendit quo vētus ip/
ſum agitat ⁊ impellit. (vt dicit Grego.) Do/
mos denigrat ⁊ inficit/ ⁊ in parietibus generat
fuligīnē atqꝫ nutrit. loca anguloſa petit/ ⁊ i eis
infectionis veſtigia imprimit ⁊ derelinquit.
Fumus etiam aromaticus a ſpeciebus aroma
ticis reſolutꝰ/ eſt ſenſui olfactus delectabilis ⁊
amicus. cerebri namqꝫ eſt confortatiuus/ ⁊ ſpi
rituuꝫ cordis ⁊ capitis reparatiuus. reumatis
nociui fluxus reſtrictiuus/ deſiccatiuus ⁊ con/
ſtrictiuus et pororum obſtructorū aperitiuus.
et ad confortationem neruoruꝫ ad interiora pe
netratiuus. ſerpentum ⁊ venenoſorum anima
lium ⁊ reptilium fugatiuus. omnem etiam fu
mum ⁊ maxime odoriferum odiunt tam colu/
bri ꝙ̄ ſerpentes. (vt dicit Grego.) Fumus in/
ſuper a cibo vel a potu reſolutus/ vim caloris
aſcendens ad cerebrum neruos ſenſibiles opi
lat/ ſomnuꝫ generat/ ⁊ ſenſus exteriores ligat/
et per conſequens calorem naturalem ad inte/
riora reuocat/ ⁊ virtutem in interioribus ad iu
uat ⁊ confortat. Si vero fuerit fumus melenco
licus aut nimis acutus vel venenoſus ex cibo
vel potu erit medicina nociua reſolutus ad ce/
rebrum aduolat virtutem animalem aggrauat
timorem generat/ vt in melancolicis freneſim.
et furorem concitat vt in freneticis ⁊ ebrioſis.
obliuionem ⁊ diſipientiaꝫ generat. vt in litar
gicis. ſenſu ⁊ rōnis vſu priuat vt in epilenticis
⁊ caducis. Has ⁊ multas alias infert corpori
fumoſitas peſſimas paſſiones ⁊ nociuas. Fu
mi etiam a terra ⁊ mari virtute caloris ad ſu/
periora attracti/ aerem inficiunt ⁊ condenſant
nubes et nubiles generant. Uentis ⁊ tempe/
ſtatibus ⁊ alijs aeris paſſionibus fomentum
⁊ materiam adminiſtrant. radios ſolares in/
tercipiunt et obumbrant/ et hec de fumo nunc
ſufficiant.

C Arbo eſt ignis actualiter incorpo/
ratus terreſtri materie et vnitus ac
ignitꝰ. (vt dicit Ray.) Unde ignis
per ſui incorporationem partibus
groſſioribus terreſtris materie admixtus/ per
quādā violentiaꝫ inferiꝰ detinetur. vnū ſicut ignis
et flamma mouetur ſurſum/ ſic carbo crepitan
do ſcintillando grauitate materie deorſum in
clinatur. Carbo itaqꝫ quando ignitur/ vertitur
in ruborem. ſed quando extinguitur/ in nigre/
dinem. ⁊ omnino perdit priſtinam ignis ſpeci
em ⁊ decorem. Unde quando fuerit pulchrior
ex ſui ad ignem prima vnitate ſiue vnione. tā/
to apparet deformior ⁊ vilior in ipſius ignis
extinctione. In carbone autem ſubſtantialis
humiditas totaliter conſumitur. et ideo de fa/
cili rumpitur ⁊ frangitur. quando humor qui
fuit cauſa coadherentie partium ignis totali/
ter violentia exauritur. ⁊ ideo in carbone extin
cto. pars a ꝑte de facili rumpitur. qꝛ nihil humi/
ditatis per quā partes coherēāt in ipſius ſub
ſtantia inuenitur. (vt dicit Grego.) partibus

terrestris solis remanentibus ꝓpter dominiū siccitatis de facili reignitur. sed postq̄ accen/sus fuerit ita faciliter vel facilius re extingui/tur. ita q̄ in eo nihil de ignis vestigio propter nigredinē reperitur. Nigredine enim sua pol luit et inficit quicquid tangit. Carbo etiā igni tus acutissimum habet ignem. ⁊ summe acti/uum ⁊ penetratiuum. vnde sui acumine ferrū coquit/ ⁊ partes eius resoluendo et relaxando remollit. suo etiam acumine caput ledit. sub cinere obuolutus in se ignem retinet et custo/dit. Detectus autem ⁊ frigido aeri expositus in fauillarum multitudinem redigitur. ⁊ subi to per se euanescit. (vt dicit Gre.) Carbo ve/ro si ignitus fuerit plantas conculcantis vrit et ledit. extinctus vero quamuis vrendo nō le/dat tangentem. stridorem tamen et strepitum magnum facit.

Scintilla est modica ignis particu la ex materia ignea virtute ⁊ im/petu caloris dissoluentis resoluta. Unde motus scintillaris est subi tus. vi enim ignea subito resoluitur et sursum mouetur. sed ex grauitate ptis terrestris ad cen trum tandē declinatur. Item mot⁹ eius claris simus est ad modum stelle. ⁊ luminosus. ⁊ per diffusionem sue igneitatis in aerem. apparet viripis ⁊ radiosus. Preterea motus eius ad modum ignis actiuus ⁊ virtuosus. naꝫ ex mo dica scintilla in fungo vel in stipula recollecta in ignem maximū subito augmentat̃/ aeris im mutatione subito euanescit. et extincta nihil ni si fauillam post se derelinquit. vento tempa/to seu flatu accendit̃. impetuoso aūt extinguit̃ aerem penetrat. ⁊ tū penetrando ipsum aereꝫ parum alterat ⁊ immutat. quāto est fortior. tā/to scintillaris motus siue impetus erit maior. ex materia viridi vł humida scintille grossiores ⁊ in suo effectu penetrabiliores generant̃. verū tamen pauciores.

Fauilla a fouēdo ē dicta. eo q̄ ignē foueat atq̄ tegat. Est enī cinis mo dicus de extinctiōe scintillaris ma terie derelictus. (vt dicit Isi.) Est autem fauilla tenuis/ mollis/ ⁊ sicca/ atq̄ le/uis/ in superficie carbonis igniti adherens/ ful gorē eius ebetat ⁊ furorē eius attenuat ⁊ mi/norat/ ad modicū venti flatū dispergitur. disp sa vero vix vel nunq̄ recollit̃. (vt dicit Greg.) de facili inflammat̃. sed ꝓpter defectum nutri menti subito extinguit̃. Fauilla etiam quādo est ignea/ venti raptu sursum tendit. extincto autem ꝓprio pōdere/ ima petit. (vt dicit Gre go.) vnde deorsum tēdit motu ꝓprio. sed sur sum extollitur. rapitur impetu alieno.

Cinis a cadendo est dict⁹. nam de substantia materie terrestris vi ca/loris resolutus generatur. (vt dicit Isido.) Est autem cinis mollis/ despecti coloris/ amari ⁊ stiptici est saporis/ partes habet tenuissimas ⁊ minutissimas. le/ui flatu sparsionis ⁊ diuisionis receptiuas. Ci nis habet virtutem colatiuā siue mundificati uam. Unđ valet ad vestium ablutionem. ha bet ⁊ vim corrosiuam ⁊ desiccatiuā. (vt dicit Constan.) Cinis insuper si fuerit calid⁹/ ignē ab eo tectum custodit. Si vero fuerit frigidus destruit et extinguit. Cinis etiam per multam ignis conflagrationem ⁊ violentiam suā for/mam vilem ⁊ obscuram aliquando commu/tat in speciam vitream atq̄ claram. nā ex ma/teria cinerum solet fieri vitrum. (vt dicit Gre/go.) Hoc autem habet cinis defectus ⁊ imp/fectionis. quia quamuis quotidie aque vł plu uie irrigationem suscipiat/ sterilis tamen ma/net. vnde terram quam tangit non fecundat. sedꝫ potius si sterilis fuerit/ reddit steriliorem ⁊ in omnibus viliorem.

Aer est dictus eo q̄ ferat ignem et ab aqua feratur. (vt dicit Isido/rus.) Aer autem partim pertinet ad materiam terrestrem/ parti ad materiam celestem. (vt dicit Beda.) Nam ps aeris superior pura/ clara/ et quieta/ vbi pro cellosi et ventosi motus non possunt attinge/re pertinet ad celestem. pars vero inferior spe/re aque ⁊ terre vicina/ turbulenta grossa ⁊ cō/pacta/ ex humidis ⁊ terreis vaporibus corpu lenta/ pertinet ad terrestrem et hec pars aerea diuersas ex se producit species. (Nam vt dicit Isido.) Aer vehementius conatatus facit vē tos/ choruscationes/ ⁊ tonitrua/ contractus/ nubila. conspissatus/ pluuias. congelatus/ ni uem et grandinem/ distentus/ vel temperatus serenitatem. (vt dicunt Isidorus et Beda.) Plus autem habet raritatis ⁊ inanitatis q̄ ce tera elementa. Est autem aer secundum Con/stan. simpliciter substantialiter humidus ⁊ ca lidus. Ex propria enim natura seu substantia est humidus et ex vicinitate orbis calidus. et ideo secundum vtriusq̄ qualitatis proprieta tem aer est sui naturaliter diffusiuus a superfi cie terre ⁊ aque vsq̄ ad speram ignis vndiq̄ extensiuus. ex substantie autem sue subtilita/te et raritate/ transparens est et perspicuus.

Unde rõne dyaphaneitatis sue ⁊ transparentie est influẽtie celestis virtutis/ ⁊ impressionis solaris luminis receptiuus. virtutis inspirãdi ⁊ respirandi est aer oĩbus animãtibus in ministratiuus. omniũ enĩ animãtium est respiraculum ⁊ volatiliũ celi ꝓpriũ habitaculuꝫ. Sine enim aere nõ põt viuere aliqua aĩata creatura. Aer. n. rõne leuitatis substantialis est naturaliter mobilis ⁊ alterabilis ac ṽtibilis ĩ oppositas qualitates. vnde ex vaporibus terre ⁊ maris sepe recipit immutationẽ nam si vapor fuerit fetidus ⁊ corruptꝰ ac venenosus aer corrumpit᷑. ⁊ inficit᷑/ cui talis vapor pestifer admiscet᷑. Si vero fumus ex pura ⁊ mũda substãtia fuerit resolutus ⁊ odorifera. aer odoriferam ex nature amicabilẽ ⁊ incorporatione fumi odoriferi recipit qualitatẽ. Item aer nos circũdãs summe nobis est vtilis ꝓpter anhelitus necessitatem ⁊ vitalis spiritus ꝯtinuũ nutrimentuꝫ Si enim clarus/ lucidus/ ⁊ purꝰ/ fuerit humores atqꝫ spũs erũt lucidi ⁊ puri. Si vero turbidus ⁊ nebulosus. humores erũt turbidi ⁊ spiritus grossi ac infecti (vt dicit cõstan. ⁊ philaretus) vnde aer ẽ elementũ ⁊ corporũ ⁊ spirituũ Euentatio eni aeris adueniẽs spiritibus est causa meliorationis eoꝝ ⁊ depurationis ⁊ mitigationis/ ꝓhibens spũs ⁊ humores ab inflãmatione. attractus. n. a pulmone cordi ⁊ ꝑ cor toti corꝑi prebet temꝑamentũ. vnde aer maxime imutat corpus/ qꝛ ingreditur ad interiora spirituũ/ et miscet᷑ cum eoꝝ substantia qui corpori prebẽt vitam. Unde si fuerit aer purus ⁊ mediocris in suis qualitatibus temperatꝰ/ ad cõseruationem vite maxime ꝓficit. Si vero fuerit corruptus distemꝑatus/ maxime ledit et corrũpit (vt dicit cõstan.) Quãto aũt est a terra remotior ⁊ celo vicinior/ tãto purior ⁊ similior etheree puritati. Quãto vero terre vicinior/ tãto frigidior ⁊ spissior ⁊ similior terre qualitati. vnde ex vaporibus terre ad interiora aeris attracti/ varia ⁊ cõtraria in aere generant᷑. ⁊ quanto aer est grossior ⁊ spissior/ tanto sol in eo fortius imprimit calorẽ radioruꝫ/ ꝓpter radiorum solariũ repercussionẽ/ conculcationeꝫ et confractionem. Ex ꝑcussione aũt solariũ radiorũ in aere humido ⁊ denso generant᷑ in eo varij colores (vt dicit᷑ in libro methe.) sicut pꝫ in assub et in iride ⁊ ꝯsimilibus. Fit aũt aeris cõdensatio triplici de causa. s. ex vapore ꝑtes terrestres suas ⁊ grossas cũ aere ꝑmiscente vel ex frigiditate partes humidas aeris cõgelãte vel ex generatione noui aeris secũdum in se recipiente/ per cuius ad primam additionẽ aer ingrossat᷑. (vt dicit philosophus.) Rarificat᷑ aũt et subtiliatur ex causa cõtraria. s. ꝓpter vaporis ascendentis ꝯsumptionem ꝓpter fortiorem calorem aerem extenuantem vel clarificantem vel ignearũ partium ex ꝑticulis aeris generationem/ ꝑ vltimam humiditatis sue rarefactionem et caliditatis intentiõem/ aer in naturam igneam transmutat᷑. Immutat᷑ aũt aer secundũ substantiam vel qualitatem multipliciter (vt dicit Auicena.) Et primo ex solis appropinquatiõe vel elongatione. calefit. n. aer qñ sol ad nostrũ habitabile appropinquat/ quemadmodũ frigesat qñ se elongat. Iteꝫ ex ortus et occasus stellarũ immutatiõe/ stelle. n. tam erratice ꝙ̃ fixe sunt cause quare aer in suis qualitatibus immutat᷑. sole namqꝫ cũ aliqua stella frigidi effectus/ sicut saturno in frigido signo ꝯueniente/ intendit᷑ frigus in aere. Si vero ꝯuenit cuꝫ calido planeta vt cum marte/ est causa quare in aere fit excessus in calore. et sic de aliis est intelligendũ. Item immutat᷑ ex varia dispositione terre situ et positione. Nam ĩ parte septentrionali fit siccus aer et frigidus. australis calidus et humidus. orientalis calidus et siccus aer. Occidẽtalis frigidus et humidus. Item ex terre eleuatione vel depressione/ qꝛ in montibus est aer frigidus. in vallibꝰ aũt calidus. cuius rõnem reddit Constan. in panthe. dicens. Boeras inquit ortum hꝫ ab eminenti zona. vnd̓ loca eminẽtia expetit mouet et subtiliat aera et sic ĩ frigidat qꝛ oẽ subtile cũ habeat exalationẽ ꝑ motũ infrigidatur Aer aũt in vallibus manet quietus et calidus Item immutat᷑ aer ex vicinitate maris/ qꝛ terra vicina mari septẽtrionali frigida est et sicca ex vapore in mari resoluto. Ibi. n. calor est debilis. et ideo mare aquilonare parũ calcesat. vnde ponticum mare est quasi dulce. In mari australi est ꝯtrariũ ex causa contraria. Iteꝫ immutatur aer ex cadauerũ et paluduꝫ ꝓpinquitate ex quorum corruptione aer contrahit corruptionem et efficitur putridus et quasi pestilens. et accidit ista aeris infectio in fine estatis vt in autũno. quia tunc aer ex sui natura ẽ subtilior. et ideo conuertibilior: propter quod accidit ei talis corruptio/ ex commixtione malarum fumositatum que ascendunt ex putredine cadauerum vel paludum vel alterius rei cuiꝰlibet corrupte. (vt dicit Johannes.) Dicta de aere in generali sufficiant.

Finit Liber Decimus.

De Aere et eius
proprietatibus.

Liber Undecimus.

Unc de
impressionibus que
fiunt in aere est dicẽ
duz. Primo de his
que fiunt ex vapo/
re calido ꝛ sicco / si/
cut est ignis perpen
diculans qui quan
doq̄ apparet in aere ꝛ tunc non est aliud nisi i
pressio generata ex vapore calido ꝛ sicco in p̄
ma aeris parte eleuato habente latitudinem i
ꝓfundo ꝛ longitudinem in supremo / secundū
figuram flamme piramidem per ignẽ ꝛ motuz
celi inflammato / Secūdus est ignis longus q̄
est impressio generata ex vapore calido ꝛ sicco
in suprema pte aeris carente latitudine mani/
festa respectu sue longitudinis / inflammato p
virtutem ignis ꝛ per motum firmamenti. ꝛ di
citur hec impressio draco euomens ignem.
Tertia impressio vocatur candela / ꝛ generatꝛ
ex vapore calido et sicco in suprema pte aeris
habente paruam longitudinem et latitudinez
equales tamẽ / ꝓpter quod apparent quasi ro
tunde figure inflammate p calorez ignis ꝛ mo
tum celi. Quarta enim impressio vocatꝛ assub
ab Aristo. et est duplex scilicet ascendens ꝛ de/
scendens. et generatur hec impressio ex vapo/
re calido et sicco subtili in suprema parte aeris
longitudinẽ ꝛ latitudinem magnā habente /
ꝓportionales tamẽ inflammatō vehemēter ꝛ
calefacto p ignem ꝛ motum firmamēti petens
superiora ꝓpter subtilitatem materie ꝛ vehe/
mentiam inflammationis. Alia est impssio et
dicitur assub ascendẽs. generatur aūt ex vapo
re calido / ꝛ sicco / grosso / longitudinis ꝛ latitu
dinis equalis existente / in parte superiore me/
dij intersticij aeris inflammato p ignem ꝛ mo
tum firmamenti. descendit aūt inferius ꝓpter
frigus circūstās ꝛ pondus materie grossioris
vt dicit Aristo.) Iste impressiones sunt quas
vulgus putat esse stellas de nocte cadentes de
celo vel ad celum ascendentes. Fiunt ꝛ alie im
pressiones ex vapore sicco / sicut vẽtus qui se/
cūdum Aristo. est motus vaporis sicci eleuati
a centro terre cum aere ꝛ in aere cum aliqua vir
tute celesti incorpati. Unde ventus secundum
Be. Nihil aliud est ꝙ aer motus ꝛ circūagita/
tus. ex fumositatibus enim a terra ascendētibꝰ
et aerem repellentibꝰ generatur ventus. hanc
tamen descriptionẽ arguit. Aristo in thopi. q2
descriptuz nō vniuersaliter predicatꝛ de sua d
scriptione. q2 nō omnis aer motus est ventus
oportet / enim ad hoc ꝙ aer motus sit ventus /
ꝙ ibi sit maximus impulsus / ꝛ ꝙ multum de
aere diutius impellatꝛ. ꝛ ideo diffinit sic Con/
stan. Uentus est vapor frigidus ꝛ siccus ex ter
ris ꝛ aquis p calorẽ resolutus aerez p incorpa
tionem sui fortiter cōmouens ꝛ impellens.
Alij ponūt causam ventorum esse nubes in ae
re existentes / sua mole aerem hincinde premen
tes ꝛ impellentes. ꝙ ex tali motu nubium ꝛ im
pulsu fit ventus. Alij aūt dicunt ventum ꝓcre
ari ex cōflictu brachiorum maris in quatuor p/
tibus terre. nam in aquilone brachium austra
le cōflictum facit in orientem / ꝛ cōmouetꝛ mare
ex cuius motu mouetur aer / ꝛ fit ventꝰ qui vo
catur subsolanus. Quando vero cōfligunt i
occidente / fit ventus qui dicitur fauonius siue
zephirus. Econuerso si brachiū orientale ꝛ oc
cidentale fecerint cōflictum in meridie / fit ven/
tus qui vocatur auster. Si in septētrionali fit
ventus qui vocatur boreas. Ex aliis reflectio/
nibus maris intermedijs / dicūt ventos colla/
terales generari. Alij adhuc dicunt (vt dicit be
da.) ꝙ ex cauernis terre fit ventus hoc modo.
q2 aer labilis ē nature. et iō subintrat cauernas
terre et exit. cum autem vna pars nititur exire ꝛ
alia subintrare fit cōflictus et mouetur aer ꝛ fit
inde ventus. ꝛ inde est eolia regio ventorum q̄
est regio cauernosa. Primam aūt generatiōis
rationem ventorum approbat Aristo. in li. me
theoro.) vbi dicit ꝙ duo sunt genera vaporū
qui per calorem a terra dissoluūtur. vnus est
humidus qui ē materia pluuiarū ꝛ aquarꝫ p
maiorem cōdensationem vel minorẽ. Alter va
por est siccus ꝛ est materia omniū ventorum.
vndiq̄ aūt ꝓuocatur ventus siue generatꝛ / hoc
est manifestum. q2 ventus summe mobilis est
ꝛ motus inquietus et agitationis in aere con/
citatiuus. est etiam tempestuosus in mari ꝛ in
aere tempestatum generatiuus. Item si ventꝰ
est moderatus ꝛ nauigantibus in mari non cō
trarius / itineris ipsorum est directiuus ꝛ ꝓmo
tiuus. econuerso autem si cōtrarius fuerit ꝛ im
moderatus / periculum et timorez ingerit / ꝛ fit
itineris retardatiuus. Item ventus subtilitate
sua et impetu penetrat et ad interiora maris ꝓ
cellarum ꝛ maris vndarum est eleuatiuꝰ / extẽ/
siuus / in partes oppositas et diuisiuus. Itez
ventus borealis cum sit frigidus ꝛ siccus ē ae
ris depuratiuus / pluuiarū nubium ac nebula
rum fugatiuus et serenitatis inductiuꝰ. Econ/

uerso autem australis cū sit calidus ⁊ humid⁹ cōtrarios habet effectus/ aerem enī cōdensat/ turbulentiam ⁊ obscuritatē generat(vt di. beda.) Item vētus quādo obstaculum inuenit/ sue virtutis siue fortitudinis est ostensiuus. Tunc enī maxime apparet fortis ⁊ violentus vnde ⁊ arbores et domos sibi resistentes/ diru it radicitus et subuertit. ⁊ ideo dictus ē ventus vt dicit Isi. eo φ vehemens sit violentus vir tus enī eius tāta est vt nō solū saxa ⁊ arbores uellat. ſ etiā celū ⁊ pturbet maria atq₃ pmoueat (vt. d. Isi.) Itē ventus est hūoris supflui psumptiuus et lubricatiuus/ ac immunditie abstersiuus. nam vie que p inūdationem pluuiarum effecti sunt lubrice et sordide/ p flatum venti fiūt mūde. Item tempatus venti flatus est ignis et flamme excitatiuus. Si uero fuerit nimis impetuosus et intensus / erit eiusdē extinctiuus. Item vent⁹ in suo ortu inuisibilis est et occultus. sed paulatim per aggregationem partium vaporaliū in aere est augmēti receptiuus et suipsius manifestatiuus. ⁊ ideo dicit i li. methe. φ venti quādo oriuntur de terra sūt debiles. sed post φ efficiūtur fortes/ pp̄ter mltitudinem vaporum qui post in aere multiplicant et aggregantur. Item vent⁹ mouet circulariter ⁊ tortuose. nam vapor qui ascendit primo sursum/ ſ ectitur postea in circuitu terre. et ideo eius mot⁹ est tortuosus et circulariter pcessiu⁹ Item venti impetus est palearum leuatiuus/ pulueris ⁊ cineris dispsiuus /viscie inflatiuus et extensiuus per sui subintrationem. Intrat cauernosas et spongiosas terre ptes. est vent⁹ terremotus generatiuus. ex vento enī₃ interclu so et agitato in ventre terre fit terremot⁹(vt dicit Aristo.) Nam pororum tam terre φ animalium est ventus aperitiu⁹/ et ad interiora terre subtilitate sue substantie penetratiuus. et p sui interclusionem intrat ptes aqueas /⁊ est vent⁹ in superficie aque eleuationis/ et spume causatiuus. Est etiam ventus in aquarum supeficie dissimilitudini partiū et inequalitatis inductiuus. Nam aqua esset equa superficialiter atq₃ plana/ si ventorum īpulsu nullaten⁹ moueret vt dicit Isi.) Item vapor ventuosus a cibis et potibus seu alijs humoribus vi calore resolutus/ multarum passionum est in corpore illatiuus. nam inclusus in stomacho vel in interioribus viscerū torsiones generat quasi intollerabiles et multas alias passiones sicut hydropisim/ artheticā et hmōi. In auribus etiā facit sibilū et tinnitum. vnde inficit et impedit audibilem spiritum siue auditum.

V Enti autem sūt duodecim quorum₃ quatuor dicunt esse cardinales. et octo collaterales. Primus autem cardinalium dicitur subsolanus q̄ oritur in oriente sub equinoctiali paralello. ibi enim quandoq₃ fit maximus aeris impulsus et transuerberatione terre/ vel aque in aera ex qua fit ventus. et dicit subsolanus quasi sub sole natus. quia nascit torrida zona sub qua semper mouetur sol. Iste ventus habet duos collaterales scilicet vulturnum versus septētrionalem. ⁊ eurum versus austrum. et possunt cōtineri in hoc versu. Sunt subsolanus vulturnus et eurus eoy. Hi venti sunt calidi et sicci. calidi quia sub sole diu morantur. sicci autem quia mare orientale est a nobis valde remotū vnde anteq̄ ventus orientalis ad nos veniat si quid habeat de humore humido/ totum calore solis est consumptum. ventus vero subsolanus est in calore temperatus. sed quando in vulturnū declinat omnia desiccat. quando autem in eurum generat nubes. Venti autē₃ orientales secūdum Constan. sunt salubres in ortu diei. quia ab aere veniūt temperato et subtiliato. nam vt dicit idem regionum orientaliu₃ est aer clarus ⁊ parum siccus. Inter calidum ⁊ humidum temperat⁹. vnde talis ventus aq̄s clarificat et eis saporem suauem administrat. vnde venti oriētales corpora in sanitate custodiunt. pp̄ter suarum temperiem qualitatum. partes etiam orientales maxime fructib⁹ ⁊ floribus habundant plus φ aquilonares vel occidentales. Item flumina contra orientem fluentia et mare orientales subintrantia sunt meliora ⁊ saniora ac clariora. quia ventorum orientalium concussione et solis orientis reuerberatione/ aque subtiliantur ⁊ depurantur. Secūdus ventus cardinalis ē fauonius ⁊ oritur in occidente sub paralello equinoctiali. ⁊ habet iste ventus duos collaterales scilicet circiū versus septentrionem. Zephirum versus austrū et continentur per hunc versum. Circius occasu zephirus fauonius afflant. Dicitur autē₃ fauonius eo φ foueat ea que nascuntur(vt dicit Isido.) Hyemem enim resoluit/ gramina et flores producit. Est autem fauonius temperate frigidus ⁊ humidus. Frigidus est quia p quam morem facit sol in occidēte/ ad nos venit anteq̄ a solaribus radijs incalescant. venti ita φ occidentales in fine diei sunt salubriores et temperatiores. quia sol in occidente subtiliat eos ⁊ depurat. quia ergo regiones occidentales/ aerem non habent perfecte temperatum in calore ⁊ humore ideo eorum aqua mutabilis

et turbida eo q in principio diei/radiis solari
bus non dirigatur. nam in principio diei ven/
tus ibi nimis est frigidus. in vespere vero cale/
fit(vt dicit Constan.) Tertius ventus cardi/
nalis est auster 7 orit sub polo antartico eadez
de causa qua 7 primi. 7 habet duos vētos col
laterales. s. nothum versus orientem. 7 affricū
versus occidentez. qui notant hoc versu. Atq
die medio nothus heret affricus austro. Auster
aūt ab hauriendo aqs est dict9. Est aūt calid9
7 humidus et fulmineus. densum facit aerem
atq spissum et nebulas nutrit suo calore. po/
ros apit 7 sua humiditate pluuias mltiplicat
7 adducit(vt dicit Isido.) Tempestatē i ma
ri generat. q2 ab imo flat(vt dicit Be.) Po
ros corporū aperit/virtutes aīales impedit
grauitatez in corpore facit(vt dicit Ypo.) Vē
ti inquit australes grauant auditū caliginosi
sunt/7 capita grauantes pigri dissoluentes.
Dissoluūt enim venti australes humores ab in
terioribus ad exteriora sensus 7 grauitatem fa
ciūt colorēq corrumpūt et egritudinē faciūt reci
diuationē podogram 7 pruritū comouēt. epi
lentiam 7 acutas febres. Ventus igit austra/
lis oritur in zona iuxta polum antarticū que
pre nimia eius frigiditate est inhabitabilis. vn/
de naturaliter est frigidus et siccus quantū est
de suo ortu/sicut 7 septentrio qui flat ab aere
opposito. sed dū transit per torridam zonam/
ibi calorē assumit et q2 versus meridiem venit
vbi est maior aquarum copia 7 loca vapore et
rore plena/humiditatem cōtrahit 7 acquirit.
Vnde et apud nos calidius et humidius inue
nitur/7 ipso flante aer predicto vapore replet9
in pluuias resoluit. q2 de ampla zona aerem i
pellit ad nostram angustiam. ideo ↄdensat ae
rem. vnde generant nubes quarum obiectu so
lares radij obscurant(vt dicit Isi.) Multas
itaq habet auster laudabiles ppetates.
Quia est vētus mollis 7 remollitiuus calid9
et humidus pluuie 7 roris ministratiuus/po/
rorum terre aperitiuus/geminū et seminū pro
ductiu9/nutritiuus 7 augmentatiuus/superfi
ciei terre renouatiuus pennarū veterum 7 plu/
marum in auibus mutatiuus. humorꝫ frigido
rum 7 ↄpactorum in corpe dissolutiu9. sudoris
7 euaporationis fumositatum et humorū sup
fluorum preuocatiuus. reptiliū 7 vermiū terre
strium de interioribus terre eductiu9. Quarte
ventus cardinalis dicitur boreas qui ortū ha/
bet sub polo artico/eadem de causa qua 7 pre
cedentes 7 habet istos collaterales scilicet aq/
lonem versus occidentem. 7 chorū versus oriē
tem. 7 notantur per hunc versum. Ac boreas a
quilo veniūt et chorus ab alto. Et dicitur bo/
reas ab hiperboreis mōtib9 a quibus flat(vt
dicit Isido.) Sicut auster dicitur affricus de
prouincia affrice aqua frequētius solet flare.
Dicitur 7 septentrionalis. q2 flat a pte aeris se
ptentrionis 7 oritur ex locis aquosis et conge/
latis 7 constrictis ppter nimiā remotionem a
circulo solis et ex montib9 excelsis ex quib9 ad
nos venit 7 cum ab illis locis nequeant vapo
res dissolui ppter nimiam ↄgelationem/aerē
serenum reddit/7 pestilētiam ab austro ortam
reprimit 7 repellit(vt dicit Isido.) Vehemen
tia sui frigoris terram 7 aquarum supficiem cō
stringit. et nunc in glaciei/nunc in cristalli speci
em secundum maiorez vel minorem induratō
nem alterat 7 conuertit. Hi quatuor ergo ven
ti cū sint frigidi 7 sicci corpora indurant/7 po
ros claudunt/humores putrificāt/spiritus 7
sensus subtiliant/vim digestiuam adiuuant/
virtutem retentiuam cōfortant/aerem pestilen
tem sanant. vim generatiuam augmentant(Vn
de dicit Ari. libro. xiiij.)q in cōceptione fetus
si ventus fuerit septentrionalis natus erit ma/
sculus/et ecōuerso si fuerit meridionalis(dicit
Constan. li. v. c. vij. q ventus aquilonaris hu
mores malos cōtrahit 7 impedit ne in alia mē
bra discurrant. verūtamen tussim facit/ppter
pectoris desiccationem. terre 7 corporum facit
asperitates frigiditate 7 siccitate sua. neruos p
cutit/contrahit/7 constringit. ideo ad motum
7 operationez membra impedit atq ledit. fru
ctus et flores teneros ledit 7 corrumpit/vine/
as germinantes 7 florentes exurit/herbarum
7 arborum virorem spoliat atq tollit/humo/
res desiccat exteriores 7 interiores. 7 ideo psiti
cis est nociuus. q2 pulmonem sitam siccitate di
lacerat 7 ulcerat(vt dicit Galie.) Ventus frigi
dus 7 siccus 7 de angusta zona veniēs ad am
plam aerem rarefaciens subtiliat 7 desiccat 7
gelando partes humidas tā terre q aque su
perficialiter coadunat. Vnde dicitur aquilo q
si aquas ligans(vt dicit Isido.)

n Ubes est impressio facta in aere ex
multis vaporibus in medio aeris
interstitio aggregatis in unum cor
pus/ex loci frigore condensatis.
Unde nubes est communis materia ad niuez
pluuiam/7 grandinem. Habet autem nubes
sic generari. nam calor celestis in sua partes aq
et terre vaporabiles ad se subtilissime attrahit.
et partes earum subtiliores cōsumens/et reli
duum condensatis in nubem conuertit. vnde
dicit Isidorus.) Nubes est aeris densitas et

vaporum ⁊ fumositatuȝ terre ⁊ maris attractō
ne conglobata/aeris leuitate ⁊ ventorū impul
su/a calore in concauitate ventris nubis inter
cluso. hincinde mouet͛ nubis substantia/⁊ ĩ cir
cuitu agitatur. Est autem nubes cōcaua natu
raliter ⁊ ad moduȝ spongie cauernosa. ⁊ ideo
impressionis superiorū corporum est de facili
receptiua. ⁊ ideo per radioꝝ solis subintratio/
nem et multiplicis forme et coloris representa
tiua. vt patet in arcu celesti. qui nihil aliud est
q̄ꝫ nubes rorida quedam/in cuius substantia
multiplex forma per solis radium generatur.
Est autem nubes interius concaua/⁊ ꝑ sui fi/
gurationem cū spera celi cui appropinquat ro
tunda est. Exterius est conuexa a latere autem
nō est ei aliqua forma siue figura determinata
Nam quādo nubes nubi lateraliter appropin
quat/altera alteri in figura se ꝯformat (vt dicit
Beda) Item nubes leuitate sue substātie sur/
sum est motiua. et secundum ꝙ a vēto plus vl͛
minus ꝓpellitur citius est uel tardius proces/
siua. Item secūdū ꝙ ex subtilioribus et purio
ribus vaporibus est cōposita magis est illumi
nationis et impressionis radiorum solarium re/
ceptiua. Diaphaneitate enim sua et transpa/
rentia/luci est puia nisi quando ex nimis gros
sis fumositatibus ipsius substantia est in aere
aggregata. tūc enim est obscura et ꝑ sui inter/
positionem inter nos et solem luminis solaris
est interceptiua et a nostris aspectibus ablati/
ua. Est etiaȝ caloris solaris ꝑ sui oppositionē
mitigatiua. ꝓpter quod nubis p̄sentia messo/
ribus et aliis in estu solaris laborantibus est
accepta. Itē nubes quādo calori solis in plu/
uiā resoluta/ꝓ imbriū effusionē est terre fecūda
tiua et germinū ac seminum de terra produ
ctiua. Itē cū omnium fere que generāt͛ in aere
sit quasi mater et cōmunis quedā materia/ di
uersarum rerum est ad terram de sua substātia
transmissiua. quod patȝ qꝛ nūc pluit. nūc gran
dinat/ nunc fluminat/ nunc mingit/ nūcqȝ to/
nat. Item nubes ex aquis marinis aggregata
et in altum ꝯtra solē suspēsa/ beneficio caloris
celestis est toti⁹ marine salsedinis/et amaritu/
dinis in dulcedinem conuersiua. nam de mari
originem cōtrahit/⁊ cum depurata a sole ma/
ris amaritudinem nō sapit neqȝ sentit. Itē nu/
bes in pluuiaȝ resoluta vtilis est terre ⁊ ꝓficua
sed qū resoluit͛ in ventū. plurimū est nociua.
qꝛ tūc est tempestatis non modice in mari vel
in terra generatiua Item nubes in alto aeris
interstitio suspensa videt͛ celo esse proxima et
coniuncta cuȝ tamen in veritate magis terre q̄ꝫ
celo siue ꝯparatione aliqua sit vicina. Iteȝ cir/
cumfluxus siue incursus collisio nubium est ae/
ris aliquotiēs inflammatiua ⁊ chorustatiōis
ac tonitrui causatiua. Item ex vento in ventre
vel concauitate nubium intercluso/fit aliquā/
do partium nubis subita disruptio ⁊ ex tali ꝑ/
tis a ꝑte subita attritione/est nubes strepit⁹ ⁊
tonitrui effectiua. Itē qū a paludib⁹ siue cada
uerib⁹ siue aliis corruptis reb⁹/fit vaporꝝ cor/
ruptorū attractio ex eorū corruptione in substā
nubium ꝓcedit ex ipsis nubibus corruptis/
corruptio maxima est pestilentia infectiua. Itē
quāto nubes terre est vicinior ⁊ a celo remotior
tanto est maioris q̄ꝫtitatis aspicientium oculis
ostensiua. Unde maxima nubes quādo est vi
cina celo videt͛ minima. q̄ vero ĩ se minima est
iudicatur maxima/que terre est vicina (vt dicit
Beda.) Item nubes ex solis vaporibus siccis
⁊ ventosis generata/solet esse deceptiua. nam
imbrem futurum p̄tendit. sed in fine p̄ter ven/
tum ⁊ turbinem nihil soluit. Item nubes plu
uiosa si subito ⁊ simul ad terram corruit/ terre
vbi cadit quia submergit eam est nociua. sed si
paulatim ⁊ guttatiȝ fuerit resoluta/magne vti
litatis est frugibus collatiua. Iteȝ nubes sepe
suis guttis terram rigat. sed irrigādo eam sui
ipsius est ꝯsumptiua. qꝛ dum alia irrigat ⁊ hu
mectat/ꝑ sui dissolutionem seipsam annihilat (
vt dicit Grego.) Item quādo vna nubes alte
ri nubi est cōtraria tempestatis ⁊ ꝯmotionis ē
in aere excitatiua. ꝯtrarietas enim ⁊ aduersus
concursus nubium ex contrariis impulsib⁹ vē/
torum/ex quorū collisione vel allisione nimia
fit commotio in aere ⁊ in terra.

Iris ē impressio generata ex nube
concaua ⁊ rorida ad pluuias p̄pa
rata in stillicidiis infinitis tanq̄ꝫ in
speculo relucens/habens figuram arcualē/
varios colores exprimens a radiis solaribus
vel lune generata. sed a radiis lune causat͛ ra/
ro. qꝛ nō nisi in .l. annis (vt dicit Aristo.) Arc⁹
itaqȝ celestis est nubes aquosa ꝑ omnes sui ꝑ/
tes solis radiis penetrata (vt dicit mar.) Et di
citur arcus a similitudine curuati arcus. nam
quandam conuexitatem in summitate nubiuȝ
pretendit ⁊ cornua quedam reprimit ad terraȝ
⁊ extendit (vt dicit Isido.) In hoc autem arcu
quedam sunt pertinentia ad eius generationē
quedam vero ad eius speciem siue formā ⁊ fi/
gurationem. et quedam ad eius virtutē ⁊ ope
rationem/quo ad generationem eius attendi/
tur ꝙ substantia eius ex refulgentia ⁊ reflexiōe
radiorum in nube rorida imbrifera generatur.
Item ꝙ plena facie semper respicit solem ex op
posito. ⁊ a sole respicitur. Item ꝙ a terra vsqȝ

ad celum circulariter eleuatur nam duob⁹ cor-
nibus terram partit ⁊ vertice celum tangit. qui
quanto cōtrahendo comprimit᷑/ tanto plus ī
conuexitate extendit᷑/⁊ in figuram circuli eleua
tur. Quantū autem ad figuram ⁊ speciem est
spericus et circularis et per spicuus ⁊ specula-
ris in colore multiplex est ⁊ singularis. nam in
iride ꝓpter eius transparentiaꝫ ⁊ diaphanei-
tatem/ refulgent species ⁊ forme sibi opposite
et obiecte. ⁊ ideo apparet coloratus. Naꝫ scđꝫ
dum Bedā colorem ꝯtrahit ex quatuor elemē
tis. nā in ipso velut in speculo forme ⁊ species
elementoꝝ relucent. vnde ex igne cōtrahit colo
rem rubeū in suppremo. ex terra virideꝫ in infi
mo. ex aere lactiūnū ⁊ ex aqua ceruleum ī me-
dio (vt dicit Beda) Et hi colores sunt ad inui
ceꝫ coadunati (scđm Aristo. in li. methe.) Pri
mo enim est color rubeus seu vinosus qui fit
ex radio tangente supficieꝫ rotūditatis nubis
Deinde sequit᷑ color mixtus. s. blaueus vel ceru
leus scđm qualitatem vincentē ⁊ dominanteꝫ
in vapore existente in medio nubis(. Deinde
apparet in infimo coloris viridis ⁊ in inferiore
parte nubis /vbi vapor magis est terrestris. et
hi colores sunt principaliores alijs. qꝛ secun-
dum philosophum multos alios habet colo-
res inter quos distinguere sensui est difficile.
Et ideo dicit philosoph⁹ ꝙ nullus pictor pos
sit depingere colores arcus sine fingere. Cau
sa aūt iridis scđm aristo. est repercussio radij re
deūtis ad vaporem ꝯtrarium nubibus sicut
splendor refulgens in aqua relucet in pariete
rediens ad ipsum ⁊ cū non videatur arcus/ ni
si per radium solis per diē. aut per radium lu-
ne p noctem impeditur ipsius visio vel ꝓpter
turbulentiam aeris vel debilitatem visus. aut
ꝓpter obscuritatem ⁊ densitatem nubis/ radi
orum illuminationi resistentis. Uidetur autē
tempore pluuiali qꝛ tunc resoluitur supfluitas
vaporis coartati in nubibus et fit ex eo rorātō
parua/ in qua relucet radius sibi oppositus ⁊
fit formatio iridis. vnde contrahit varios colo
res ex varietate vaporis in quo relucet radius
sicut dicit Aristo.) Quo ad virtutem eius ex
operatione sui interpositione feruorem solis
temperat ⁊ mitigat per sui resolutioneꝫ in plu
uiam vel in rorem inferiora vegetat ⁊ fecūdat
p sui figuram ⁊ multiformam colorū variatio
nem. superiora pulchrificat ⁊ decorat domini
um humiditatis in aere signat. Et ideo ante iu
dicium (vt dicit Beda ⁊ magister in histor̄is)
per ānos quadraginta nō apparebit. hoc erit
signum desiccationis ⁊ defectus elementorū(
vt dicit idem) Pacem et concordiaꝫ inter deū

et mundū designat ⁊ diuinum iudicium p di-
luuium p̄teritum fore denūciat ⁊ demonstrat si-
cut ⁊ solis. s. in qua pte celi sit sol sua presentia
indicat. qꝛ nunꝙ est in eadem parte celi cum so
le. sed semper ex aduerso. Sole enim existante
in oriente/ apparet arcus in occidente. ⁊ econ-
uerso. et sole existente in meridie/ apparet arc⁹
in septentrione. In parte autem australi siue
meridionali nūquaꝫ apparet (vt dicit Beda)
In hora autem recte meridiei nunquaꝫ appa
ret/ cuius rationem assignat philosophus. qꝛ
in meridie quando mediat sol orbem/ tunc re-
splendet radi⁹ ei⁹ ī vtroqꝫ orizōte scđm eq̄litatē
q̄re nō resplēdet tūc plus in vna parte quā in
alia. et ideo nō apparet arcus in aliqua parte
celi in pūcto meridie (vt dicit Ari.) Rarissime
autem videtur de nocte immo nūquam nisi in
plenilunio (vt dicit Beda) Et hoc non contin
git nisi bis in. l. annis secundum Aristo.)

R Os ē impressio generata ex vapa
re frigido ⁊ humido nō congrega-
to in corpus nubis in inferiori pte
medij interstitij aeris paruo frigore occurrente
dicit autem Aristo.) ꝙ non fit ros nisi quan
do auster flat scđm eum. Quoniaꝫ ros est plu
uia pauca / pluuia est ros multus. vnde ven-
tus australis sua humiditate rorem generat ⁊
nutrit/ quem aquilo sua siccitate lambit/ ⁊ in-
tensa frigiditate comprimit ⁊ constringit. luna
etiam humiditatem suam aeri imprimit/ ⁊ ge
nerationis roris in aere causa existit (vt di. Am
bro.) Uocans lunam matrem roris. Unde de
nocte virtute lunari in aere primo originem oc
culte contrahit/ et tandem insensibiliter descen
dens per herbarum supficiem suauiter se diffū
dit. In suo autem descensu herbis ⁊ plātis vi
gorem tribuit. et quod estus diurnus desiccan
do ⁊ consumendo inclinauerat/ ros nocturnus
reparat/ erigit ⁊ subtollit. Item in herbarum
summitatibus guttatim se recolligit/ et quasi
suam originem petens ad aera ascendendo/ sē
per in foliorum extremitatibus se suspendit.
Item ardorem solis non sustinens/ cito ad ta
ctum solarium radiorum dissoluitur ⁊ penitus
euanescit. virtutem tamen suam aeri impressā
non deserit. quia per sue diffusionis presentiā
per aera effectum suum in herbis ⁊ seminibus
manifestissime derelinquit. Item ros cum sit q̄
dam substantia aera ⁊ in se subtilissima in sup
ficie/ nihilominus tamen miro modo efficax in
virtute est. quia terram inebriat ⁊ fecundat. et
medullam in granis amplificat/ et augmentat
ostreas ⁊ alios pisces conchilium in mari im-
pinguat ⁊ impregnat/ et maxime ros vernalis

Nam verno tempore ostrea se de nocte contra rorem apit/quem descendentez intra se recipit atq; haurit/qui haustus ꝛ piscem reficit ꝛ impinguat. et per sui incorporationem cū interioribus piscis gemmā preciosissimā generat. s. margaritam/ que quāto est nobilior tanto albior atq; maior. sicut dicitur in li. gemmarū. Itē pullos coruinos adhuc in pluma albidos/ante ꝙ nigrescant reficit ꝛ sustentat(vt dicit Grego.) Item aerem diurno calore calefactum refrigerat ꝛ tempat. ꝛ si fuerit nimis per calorem precedētem rarefactus/ros per sui incorporationem ipsum inspissat mediocriter ꝛ condensat(vt dicit Albu.) Item ros vim veneni reprimit in animalib⁹ venenosis ꝛ coartat ne tantum de nocte quantum de die se diffundat. vnde de serpentes latitantes inter herbas parum solent transeuntes ledere quaz diu flores et grāmina sunt in rore. Item ros ꝙuis i se gustui videatur ad modum aque insipidus/ tū potestatiue ꝛ effectiue est dulcissimus. et mellis ac māne herbis ꝛ floribus causatiu⁹. Nam ex rore celesti in floribus mel ꝛ māna in qubusdā pte grecie generatur(vt dicitur in platone) Item ros in aere corrupto genitus ex corruptiōe loci fit corruptus ꝛ alijs corruptiu⁹. Unde talis ros inficit flores tenellos ꝛ corrumpit segetes nouellas qn̄ sunt adhuc in spica(vt dicit Grego.) Et talis corruptio vocatur aurugo seu rubigo(vt di. glo. Hiero. sup Johel. i. ibi) Residuum bruti comedit rubigo (Jheronim⁹ rubigo est quādo tenere fruges nocuo rore pariuntur ꝛ vertuntur tam spice ꝙ culmini ruborem vel nigredinē vilem. et hec pestis omīa vastat etiam stipulam ꝛ fenum in tantum ꝙ nec abo sunt vtilia nec fimo.

P Luuia est impssio ex multo vapore frigido ꝛ humido in nube aggregato habūdante in quantitate et substantia respectu roris ꝛ magis infrigidat ꝛ humectat ꝙ ille. fumi enim ex terra ꝛ aqua euaporentes vi caloris celestis ad infimā ptez medij interstitij aeris attrahuntur. ꝛ ibi frigitate loci cōdensatur. deinde calore humiditatem ei⁹ dissoluente/ et nō ex toto cōsumente/ guttatim resoluūtur in pluuiam ꝛ imbrem (vt dicit Be.) Et est pluuia a pluralitate guttaꝝ dicta(vt di. Isido.) Eo ꝙ interpollate ꝛ guttatim descendere cōsueuit. Et dicitur imber ab imbuēdo. qꝛ terram imbuit et fecūdam facit. terra eni sterilis manet sup cuius superficiem pluuia nō descendit. quāto aūt nubes ex q̄ generatur pluuia a terra est remotoir ꝛ celo vicinior/tanto suauius ꝛ cum guttis gratilioribus descendit. quāto vero terre est vicinior tanto impetuosius ꝛ cum stillis grossioribus descendere ꝯsueuit. venti etiaz super mare discurrentes multū humorē de aq superficie recolligūt/quē in materiam pluuie conuertūt(vt dicit Beda.) Fit etiam aliquando tanta caloris generatio/ et aggregatōne radiorum ꝛ eius confractione circa nubem ꝙ vapor quasi aduritur et ex vehementi adustione i colorem rubeum cōmutatur. et ex hoc credit vulgus ꝙ aliquando pluat sanguinem (vt dicit Aristo./ Est aqua pluuialis multū stiptica ꝛ cōstrictiua. et ideo restringit fluxū ventris (vt di. Constan.) Est tamē subtilis substantie ꝛ leuis plus habens aerietatis ꝛ aere leuitatis ꝙ alie aque. Et ideo multū est alterabilis ꝛ conuertibilis in oppositas qualitates ꝛ ideo de facili putrescit ꝛ recipit corruptionem(vt dicit constan./Dulcior est tamen ꝛ sapidior alijs aquis quādo in sua puritate permanet ꝛ virtute. pluuia ergo si fuerit in qualitate ꝛ quantitate temperata ꝛ tempori ꝯgrua vtilis est ad infinita. Nam terram fecundat/et ipsam si fuerit rimosa conglutinat/caloris temperiem mitigat aerem serenat/ vētos sedat/ pisces impinguat/ siccam complexionem adiuuat et cōfortat/vt di. Constan.) Si vero pluuia mala fuerit ac in suis qualitatibus distemperata/ac loco ac tēpore incongrua/in pluribus est nociua. Nam pfunditatis immūditie ꝛ lubricitatis est in vijs et in semitis effectiua/graminum et herbaruz inutiliū multiplicatiua/fructum ꝛ seminū corruptiua. et caloris natulis in seminibus extinctiua/densitatis ꝛ obscuritatis in aere inductiua ꝛ radiorum solarium interceptiua/ nubiuz ꝛ nebularum aggregatiua/operum ꝛ operantium impeditiua/maturitatis segetuz ꝛ fructuum tardatiua reumatis ꝛ fluxus prouocatiua/ morborum omnium humidorum augmentatiua/sterilitatis ꝛ famis creatiua corruptionis et pestilentie iniumentis ꝛ ouibus inductiua. Nam ymber corruptus corrumpit germina et inficit herbas pascuales. ex quarum pastu req̄tur necessario corruptela in animalibus(vt dicit Constan.)

G Utta siue stilla est vapor humid⁹ in minutissimas partes resolutus. magne autem fiunt gutte in dieb⁹ quando est calor. et resoluuntur ptes nubis que prius erant aggregate propter frigus (vt dicit Aristo.) Quando enim in aere est calor adueniente frigore/ velocior est congelatio vaporis siue aque. Unde dicit Aristo. i li. animalium) ꝙ piscatores aquam calidam fundunt sup sua instrumenta vt citius ꝯgelata

submergant. Gutta autem quādo est terre vicinior/tanto est grossior ⁊ econuerso. Paruitas enim ⁊ rotūditas eius causatur q̄ diu manet i aere remoto a terra/vt dicit Aristo.) Est autem humida/mollis/rotunda/puia/ ⁊ lucida/terre inebrietiua seminum ⁊ graminū humectatiua/estus ⁊ ardoris aeris mitigatiua. aeris purgatiua/et cum sit mollissima in substantia/tamen ex frequenti casu est lapidum penetratiua quere infra lib. xij.

p Ruina est vapor cōgelatus (vt dicit Aristo.) siue impressio generata ex vapore frigido et humido non cōgregato in corpus nubis in medio interstitio aeris congelato p frigiditatem loci ⁊ tēpis in quibus nō est aliqua pars caliditatis (vt dicit Aristo.) Unde pruine accidit duricies ex frigore loci et tempis in quo generaꝛ. quia frig⁹ vaporis partes aggregat ⁊ cōtrahit/et sic pruine substantiā duram reddit. ex nimia enim frigiditate albescit/et herbas et flores sup quos cadit marcidos efficit et exurit/ad modicū solis radium euanescit/et in rorem redit. et quia pruina nihil aliud est ꝙ ros congelatus (vt dicit beda. Nā ros descendēs ad terrā frigiditate noctis speciem albam duram et frigidam recipit. et sic in pruine substantiam superficialiter se conuertit (vt dicit idem.

g Rando est stillarum pluuie ⁊ frigoris ⁊ venti rigore in aere congelato vt dicit Aristo.) Est enī impressio generata ex vapore frigido ⁊ humido a frigore fugato ad interius nubis p dominiū calidi circūstans. Generatur autem grando in nubibus a terra longinquis (vt dicit idem.) ⁊ ideo causa generationis eius est vapor in cōcauitatibus nubis receptus qui ex frigiditate aeris condensaꝛ. Nam partes humide ⁊ frigide fugientes calorem aeris/se recipiunt in interiorib⁹ nubis ⁊ ibi inuenientes vaporem ptes ei⁹ aggregant et in substantiam grandinis coagulāt ⁊ congelant. et ideo in estate frequētius fiūt ꝙ in hyeme/vehemens enim calor generationē grandinis impedit. Nam dissoluēdo vaporē eius ptes aggregari pariter nō permittit. Similiter nimium frigus in hyeme. q̄ tunc nō est caliditas in aere ꝙ fugiens frigus se recipit intra nubem. grando autem rotunda ⁊ parua descēdit ex suppremis locis (vt dicit Aristo.) Causatur autem eius paruitas ⁊ rotunditas ex mora eius in aere longo tempore. Unde ex reuolutōne eius diuturna rotūdatur ⁊ ex aeris calore ptes eius aqueas resoluente minoraꝛ. In grandine in locis vicinis terre generata accidit contrarium ex causa contraria. Grando itaq̄ cum impetu magno vento ipsam impellentem/⁊ calore dissoluente terram petit ⁊ percutit/ ⁊ per eius superficiem ad modum salis se dispergit segetes flores ⁊ fructus multū ledit frequētius per diem ꝙ per noctem descendit. cuius ratio est quia calor diurnus fugat frigus ad interiora nubis. Item ventus septentrionalis frigid⁹ ⁊ siccus rorem ab aere descendētem congelat ⁊ constringit. ⁊ in substantiam nubis coagulat et conuertit (vt dicit Beda.)

n Ix est impressio generata ex vapore frigido ⁊ humido ⁊ infima parte medij interstitij congelato in corp⁹ nubis a mediocri frigido respectu pruine/propter admixtionem caliditatis in parte/ que caliditas inclusa in eius substantia/ ⁊ non statim deuicta a frigore circūstante ⁊ rarefacit eius substantiam ⁊ mollificat/recipiens albedinem in calore/ꝑpter victoriā frigoris in fine. atq̄ ꝑpter expansionem ⁊ dispersionem partium nubis. et ꝑpter frigus debilitatum a calore frangitur in partes latas/ ad similitudinem farcte teste a debili virtute frangentis (vt dicit Ari.) Nix igitur generatur in nube frigida. minus tamen frigida est ꝙ illa in qua grando congelaꝛ. et hoc attestatur mollities niuis. q̄ caliditas admixta nubibus ꝓhibet partes eius inspisari ⁊ vehementius aggregari. Nix ergo aqua ē durior ⁊ siccior ex frigore constringente/grandine tamen mollior est ex admixtione caloris in ventre nubis. dealbatur autem ex frigiditate in eius superficie dominante/ad modicum calorem nix in aqua resoluitur. ⁊ tam a duricia quā ab albedine de facili immutaꝛ. ex mora niuis super terram hum⁹ impinguaꝛ. sua enim frigiditate poros terre claudit. Unde reuocato calore ad interiora radicum ⁊ seminum/ fit humorum interiorum attractio ad radices ⁊ ipsorum inuiscatio ex qua terra impinguaꝛ. Unde nix herbas malas ⁊ supfluas mortificat ⁊ attenuat. bonas vero nutrit ⁊ impingat. Nix etiam sua ꝑsentia loca fetida ⁊ fimalia ⁊ sterquilinia tegit ⁊ occultat. vias ⁊ semitas ꝑpter sui diffusionem tegens/itinerantes impedit ⁊ retardat in alto mari niuem cadere raro (beda asserit et confirmat) cuius ratio est quia maris fumositas continue exalantis niues ānihilant. vel a ventis ibidem flantibus disperguntur. vel anteq̄ possint condensari in niuem in pluuiam ⁊ nebulam resoluūtur. Item feris ⁊ animalibus nocumentum prestat/q̄ eorum tegit pascua/⁊ vestigia manifestat. vnde tempore niuis fere a venatoribus de facili capiūtur. Item loca alta

et mõtuosa nix frequentat/ ⁊ diucius in monti bus ꝙ in vallibus perseuerat. qꝛ venti frigidi liberius in montibus ꝙ in vallibꝰ inualescũt. Insuper valles sunt montibus calidiores ꝓpter maiorem aggregationem ⁊ ꝯfractionẽ radiorum. ⁊ ideo niues in montibus plus habũdant. Item nix vi caloris resoluta terram imbuit/ remollit/ inebrita/ quam aũt resolutionẽ frigiditatis sue coartione in sua supficie fortiꝰ indurabat (vt dicit Grego.) Item nix propter sue substantie molliciem ⁊ leuitatem in suo descensu strepitum vel sonum nõ generat. immo insensibiliter de occulto aeris descẽdẽs intersticio/ suauiter supficiei terre se applicat ⁊ equaliter se coaptat. Itẽ nix candore suo ⁊ pulchritudine ad sui spectum oculos intuentiũ prouocat. sed si nimis diu aspiciatur/ speciem visibilem disgregat ⁊ immutat. Item aqua niuea potentiali ⁊ actuali frigiditate sua fluxum ventris reprimit et constringit/ neruos percutit/ cõtrahit/ ⁊ opilat. superfluitatem mẽstruosam vł strumosam eam continue bibentibus generat. membra stupida ⁊ quasi dormitantia cito reddit. lapidem in vesica gignit. ⁊ frigidaꝫ hydropisim prouocat ⁊ nutrit (vt dicit Constan.)

Nebula est impressio facta ex resolutione nubium resolutarum in aquam pluuialem (vt dicit Aristo.) Vapores enim sic resoluti dispersi per singulas aeris particulas ac diffusi nebulaꝫ gignũt ⁊ inducunt. ⁊ quanto terre est vicinior tanto est spissior ⁊ obscurior/ ⁊ frigidior inuenitur. a terra vero eleuata magis est solis puia. ⁊ ideo minus est frigida ⁊ obscura. quando aũt nebula a sole attracta totaliter sursum mouetᷣ/ in materiam redit nubis. ideo future pluuie est significatiua. quando vero totaliter a radijs solis repcussa deorsum cadit et in suam redit originem deficitꝰ ⁊ euanescit. vnde purgato aere futuraꝫ ꝓsagit serenitatem. Est aũt aliquando corrupta ex vaporibus ex quibus generatur/ ⁊ tunc multũ est nociua. florũ etiã germinantium vinearum est corruptiua et diuersarum infirmitatum animalibus inductiua. latronibus ⁊ peruersis est amica. qꝛ insidiarum ipsorũ est occultatiua/ itinerantium ⁊ pegrinantium impeditiua. quia in magna nebula ⁊ obscura via est incognita ⁊ incerta. radiorum solis ꝛ aliarũ stellarum est interceptiua. ⁊ ideo nauigantibus ẽ grauis ⁊ periculosa (vt dicit Beda.) quia duꝫ nebule obscuritas maris superficiem occupat quo debeat nauta recte vertere ãbigit ⁊ ignorat gubernaculum.

Impressionum quedam generantur in aere ex vapore duplici. Prima est tonitruum. Tonitrus igitᷣ est impressio generata ĩ aquea substantia nubis propter vaporis calidi et sicca agitationem huc ⁊ illuc fugientis suum contrarium/ ab omni parte coartati in se ⁊ ex hoc inflammati/ extinguentis se tandem in nube et rumpentis eam (vt dicit Aristo.) Vel generatur tonitrus ex collisione nubium (secundum philosophum) quando a ventis contrarijs agitate nubes ad inuicem colliduntur ex mutua concussione ad inuicem in violenta confractione fit ꝯcussio in aere ⁊ strepitus. qui tonitrus ẽ ab antiquis nominatus. Dicitur autem tonitrus vel tonitruum a terrore/ eo ꝙ sonus terreat audientes (vt dicit Isido.) Nam tonus idẽ est quod sonus. quia interdum tam grauiter cõcutit omnia/ ita ꝙ celum rupisse videatur. qꝛ cum procella vehentissimi venti nubibus repẽte se immiserit/ turbine inualescẽte exitumqꝫ q̃rente nubem excauat ⁊ constringit/ ⁊ ĩpetu magno exadit ⁊ diuidit partes nubis/ ac si cũ horrendo fragore ad aures venit. quod mirari nullus debet cum vesica quamuis sit parua tamen magnum sonum compressa efflat ⁊ emittit cũ tonitruo vero simul fulgur emittitur. sed celerius videtur fulgur qꝛ clarum est. tonitrus autẽ tardus peruenit ad aures. quia subtilior ẽ sensus visus ꝙ auditus. ⁊ ideo primo videt lucẽ siue fulgidum lumen quod precedit ꝙ audiat sonitum subsequentem. sicut homo prius videt ictum hominis arborem inuadentis quam audiat ipsum sonum (huiusqꝫ Isido.) Et ista ratio Isi. ⁊ de causa tonitrui concordat quasi cum philosopho dicente. Tonitrus inquit est spiritus ventorum in sinu nubium receptus qui virtute mobilitatis sue quaslibet ptes nubis interrumpit ⁊ strepitum ac fragorem tonitrui introducit (vnde subdit) tonitruum est spaciorum aeris sibi concurrentium sonus secundum Aristo. autem in lib. methe. Tonitruum nihil aliud est ꝙ extinctio ignis in nube. vapor enim siccus eleuatus in calore aeris inflammatus quando a nube aquosa intercipitur subito extinguitur ⁊ ex tali extinctione strepitum tonitrui generatur sicut quando in aqua extinguitᷣ ferrum ignitum fit sonitus atqꝫ stridor. Descendit autem tonitrus sepe cum flumine. ⁊ tũc magis ledit (vt dicit Beda.) Vnde obest fructibus cum aduenit cum coruscatione ⁊ fulmine sine pluuia. cum vero cum pluuia/ prodest. vt dicit idem. Tonitruum igitur motu suo omnia concutit cerebꝛuꝫ commouet/ animũ terret

vinum in doleis perturbat/cõmouet ⁊ corrum pit (vt dicit Aristo.) Si venerit in hora cubationis auium/ aues ledit/mulieres parientes sepe abbortire facit/turres altas concutit sepe impetu suo ⁊ deicit arbores altas destruit radicitus ⁊ euellit et supereminentius i locis altis q̃ in humilibus ⁊ dimissis ledere cõsueuit(vt dicit Beda.) Anfractuosum ⁊ quasi orbicularem sonitum facit/⁊ aerem quodam in equali susurrio per circuitum concutit. ita ꝙ strepitꝰ rote vehiculi exprimit quodãmodo ⁊ pretẽdit vt dicit Cas.) et talis circularis sonꝰ accidit forsan ex rotunditate nubium ex quibus vapor siue ventus qui causa est tonitrui dissimiliter agitatur/ qua nunc sursum/nũc deorsum nũc ante nũc retro per cõcauitatem nubium cõmouet.

Sabea regio in arabia a filio chus qui saba dictus est cognominata hec augusto terre tractu ad orientē versus ꝑsicum sinum non extenditur/a septentrione caldee appropinquat / ab occasu sinu arabico terminatur/a meridie vero ethiope ē vicina. Est autē regio thurifera odores dās Nam in eius saltibus mirra/cinamomū/th⁹ et alia aromata generantur. vt dicit Isidorus li. xv. regio siquidem locuples est in speciebus aromaticis in preciosis lapidibus et metallis et ibi fenix auis et alia mirabilia que in regione arabie ab auctoribus referuntur de quib⁹ supra de arabia. Istius ꝓuincie domina et regina fuit specialiter regina saba que totius terre affrice suis temporibus obtinuit principatum. vt dicit erodocus. Nam regina fuit ethiopie ac egypti. vt dicit glo. super. iij. Re. x. ⁊ p consequens creditur ꝙ ipsa alia regna tunc tēporis obtinuerit occidentis.

Samaria. vt dicit. Isido. li. xv. re/gio est pastine a metropoli ciuitate vel opido sic antiquitus vocata Nam samaria quondam fuit regalis ciuitas ī israhel que nunc ab augusti nomine sebastia nominatur. hec regio media inter iudeam et galileam iacens incipiens a vico/cui nomen est eleis cuius situs nature consimilis est iu/dee/ab ea non differens in virtute. vt dicit. Isi. a quodam monte nomine somē. p̄mitus

nomen suscepit vt patet in. iiij. Regū. ab ista tamen patria samaritanoꝝ gens in posterum est exorta / que transmigrata de assirijs / babitauit in samaria. que de incepso dicta est samaria id est custodia. eo ꝙ captiuato pplo israhel ipsi ꝑcustodia patrie fuerunt in eadem patria ꝓ custodia ab assiriorum regibus derelicti. vt dicit Jsidorus. li. ix. in. c. de vocabulis regionum quere supra in eodem de samaria monte in litera. s.

Sambia niesie est ꝓuintia in europa in inferiori sisia ibi locata. q. media inter prutenes estenes ofiliones linones et curones qui omnes antiquitus gothoꝝ erant subditi potestati. vt narrat varro similiter et erodo. inhabitant littora oceani facientes ꝓmūctoria et sinus contra latera aquilonis. vt dicit idem Est autem sambia terra fertilis et gleba frugum ferax. terra palustris et nemorosa multis fluminibus et lacub⁹ circumuallata. gens inter ceteras barbaras corpore elegans mente audax ingenio arte et artificio alias nationes in circuitu ꝑexcellens.

Sabadia dicitur scđm antiquos q̄si salua et audax via. eo ꝙ ab antiquis tempibus illa via bonitate principiū et gallicanis partibus ab italia per illius patrie deserta et montes fuit semp tuta Nam semp ibi fuit sūma iustitia. et ideo ꝓut clamat fama publica semp ibi fuerunt transeuntes in strata cōmuni securi ab omni spolio et rapina. Est aūt pars pirene cuius montib⁹ italia et gallia separatur. Quere supra in lr̄a P. et alio nomine ꝓuintia ꝓuintie nominat

Sardinia est insula in mediterraneo iuxta siciliam a quodā sardo hercule ꝓcreata nominata qui cū magna multitudine de libia ꝓfectus / sardiniam occupauit. et ex suo vocabulo insule nomē dedit. hec ab affrico mari ad similitudinē humani vestigij tam in orientem q̄ in occidentem latior ꝓminet ferme ptibus lateribus que in meridie et in septentrione vertunt. et ideo prius a nauigantibus grecoꝝ itus vocabatur. pȝ aūt terra in longitudine. M. c. xl. Jn latitudine. xl. Jn ea neqꝫ serpens gignitur neqꝫ lupus. sȝ solifuga tantum animal scȝ exiguū hominib⁹ ꝑniciosum venenū quoqꝫ ibi non nascitur. sed herba que dicitur apiū risus que ab hominibus risum trahit / et quasi ridentes interimit. fontes habet calidos / infirmis ꝑbentes sanitatem et medelam / furibus cecitatem si sacro dato / oculos tetigerunt. vt di. Jsido. li. xv.

Sarmata barbaroꝝ est terra q̄ sarmati sunt dicti a studio armorū. nam patentibus campis armati incedebant et multas ꝓuintias spoliabant / prius q̄ eos dentulus dannubio ꝓhiberet. vt. d. Jsi. li. nono. hi de gothis sicut et gipedes de occeano. et hi tam pedestri prelio q̄ equestri sunt vsi. et ideo sic sunt dicti. vt dicit Jsidorus ibidem.

Samo insula est in ageo mari vbi. nata est iuno ex qua fuit sibilla samia et pitagoras samius / a quo philosophie nomen ꝑmitus est inuentum vt. d. Jsi. li. xv. Jn hac insula tradunt prius vasa fictilia fuisse repta. vnde et vasa samea appellata sunt. ex quo patet ꝙ gleba illius insule ē tenax et glutino sa. et ideo ad talia magis dicitur apta. vt dicit Jsidorus.

Saxonia ꝓuintia est in germania. cuius incole a grecis dicuntur cōtraxisse originē. et partes vbi nūc habitant nauigio aduenisse / et expulsis thuringis qui tunc vsqꝫ ad littus occeanum habitabant / multis prelijs sedes obtinuisse / et in eadem ꝓuintia vsqꝫ hodie ꝑmansisse. Gens em̄ semp fuit bellicosissima / elegantis forme procere stature / robusta corpe / ⁊ audax mente. Est autem saxonia quo ad glebam terra fertilissima frugum omnium et fructuū valde ferax i montuosis nemorosis et in campestribus frugifera pascuosa / fecunda in gregibus et armētis / opulenta in argento / cupro / et alijs mineris ac metallis. Montes em̄ habet insignes de quibus effodiuntur lapides qui igne fortissimo resoluti / in aeris substantiam cōuertunt et flumina habet nobilissima famosa et fecundissima nouē scȝ feram / luinam / solam / atqꝫ nidam. et multa alia que terram ꝑterfluūt transalbinam. fontes habet salsos in multis locis ex quibus sal albissimū et optimū decoquitur ac parat ciuitates plurimas habet fortissimas et munitas fortia opida ⁊ castra fortissima / tā in campestribus q̄ in montanis. Juxta autē montem vbi cuprum effoditur inuenitur mōs magnus / cuius lapides redolent sicut viole. in aliquibus etiam montibus inuenitur marmor valde pulchrum ⁊ hoc potissime iuxta dānubium quod lapis sancti michaelis nūcupatur. Jn illis montanis maximus concursus ē ferarum et bestiarum aproꝝ et vrsoꝝ ceruorū et damularum. et ideo in illis montibus nemorosis multa venationum genera exercētur. hec ⁊ multa alia laude digna de saxonū regionib⁹

inuenitur. Quere supra de germania in littera. G. et in littera. A. de alemania. Habet etiã saxonia boemiam et bolomaz ab oriente / vestfaliam ab occidente / frisoniam lacũ ad occeanum a septentrione / turingorum vero gentem et franconum a meridie. cuius gens fortis inclita inuicta vsq; bodie pseuerat. vt dicit erodocus.

Sclauia est pars mesie multas cõtinens regiones. Nam sclaui sũt boemi poloni metani vandali / rutheni / dalmaci / et carinthi. qui oẽs mutuo se intelligunt et in multis sunt similes quo ad lĩguam et quo ad mores / dispes tamen sũt quo ad ritum. nam quidam adhuc tenent cultũ paganorum. quidam vero retinent ritum grecoꝝ. quidam aũt latinoꝝ. omnes aũt iste regiones sunt glebe optime et messifere et viniferę ĩ multis locis. omnes aũt isti ꝓ maiori pte in coma sunt attonsi / exceptis tirrencis et illis qui mixti sunt cum theutonicis et latinicis. et est duplex sclauia maior que sclauonia dicitur q̃ darmatiam sarmam manerchiam continet et multas alias regiones et incole istius quidã maritimam in occupant. quidam iuga montiũ ꝛ ꝓdensa nemorũ inhabitant. quidaz campestria excolunt et exarant. gens seuera et aspera ꝛ inculta circa diuinũ cultũ minus pia / piraticam ducens vitam exercens p̃dam per mare ꝑ terrã q; maxime illi qui habitant iuxta mare. alias sclauia minor que a finibus saxonie ꝑtenditur ad prutenas vandalos liugue sue multos babens contermos et boemos. et hec sclauia dicitur q̃ a poemitania siue que a prutenia diuersis amnibus clauditur et a gotis atq; danis quodam mari occeani ꝓmuctorio quod mare cum diuiditur ad eius littus terminatur mior sclauia et finitur. Est autem hec regio valde frugifera et fructifera fluminibus et stagnis irrigua nemorosa et pascuosa / melle habundans atq; lacte. Gens est fortis corpe / agricultureꝫ dedita et piscature. magis ad deũ pia et pacifica quo ad ꝓximũ / q̃ illi qui habitant in maiori sclauia. et hoc est ꝓpter mixtionem et sociatatem quã quotidie contrahunt cũ germanis vt. d. erodocus.

Sparciata est regio iuxta greciã que alio nomine lacedemonia nuncupatur a lacedemone filio semole. sic vocata. quere de lacedemonia in littera. L. eosdem eñ dicũt antiqui lacedemones ꝛ spartanos. vt. d. Isi. li. nono

Seres est ꝓuintia in oriente nomẽ sortita est a quodam opido quod seres etiam nominatur. ibi de arboribus lana colligitur / et inde sericum prepatur. vnde d' eis incolis dicit poeta. In gnari faciẽ sed voce seue mille seres.

Selandia est ꝓuintia terra maritima ad modũ insule flumine mari brachijs circũdata. habet aũt holandiam ad orientem / flandriam ad meridiẽ / occeanum ad occidentem / britanniam ad septentrionem. Sunt autẽ ibi plures insule parue et magne brachijs maris sepate ab inuicem ꝛ distincte et sunt ille insule in fortissimis aggeribus cincte in circuitu contra maris impetum ꝛ munite quarum gleba est valde ferax quo ad segetes. sed quo ad arbores est quasi nuda. ñ eñ possunt arbores ꝓpter maris salsuginem pfundere suas radices. et ideo post plantationem cito deficiunt et arescunt. Est autem selãdia valde populosa / diuitijs opulenta varijs Gens magne stature / fortis corpore / et audax mente / circa cultum dei deuota / inter se pacifica et quieta / multis benefica / nullis molesta / nisi qñ hostiũ insolentijs resistere est coacta.

Semigallia est ꝓuintia modica vltra mare balticum constituta iuxta asiam et linoniã sita in asia inferiori sic vocata quare a galathis ipam occupantibus cum incolis terre mixtis est inhabitata. vnde semigalli sunt dicti qui ex gallis siue gallathis et illis populis ꝓcesserunt. terra bona et fertilis in annona / in pascuis / et in pratis. sed gens barbara et inculta aspera / et seuera.

Senonensis gallia francoꝝ est prouintia habens ab oriente germaniam renensem a meridie burgundiam supiorẽ et pẽnios montes / ab occidente galliã lugdunensem / a septentrione galliã belgicam. terra frugũ et vinearũ et fructuũ diuersorum fontium et fluminũ et riuoꝝ. galli aũt senones quondam zenones dicebantur. eo q; liberum hospicio recepissent. postea. z. in. s. littera est mutata (vt. d. Isi. li. ix.) a senonensi ciuitate que ciuitas est eorum capitalis. Est autem terra populosa habens ciuitates multas et opida multa et fortia et est munita quã preterfluit amnis qui secana appellatur.

Siriam sirus uidam nepos vt dicitur abrahe ex cetbura perhibetᷣ a suo vocabulo nũcupasse (vt. d. Isi. li. ix.) et. xv. hec ab oriente fluuio eufrate / ab occasu vero mari magno et egypto terminatur. attingens a ptentrione armeniam et capadociam / a meridie vero sinum arabicum. vt. d. idem. situs aũt porrectus est in i mensaz

longitudinem. In lato autez angustior est, habet autem intra se multas ꝓuintias scȝ comaginē feniciam/cuius pars est iudea absq̧ saracenis et nabareis. Est autem regio populosissima fertilissima in frugibus et fructibus armentis et pecudibus equis /et asinis /et camelis ditissima in ceris in speciebus aromaticis et metallis. munitissima ciuitatibus et castris / irrigua nobilissimis fluminibus et lacub⁹ atq̧ stagnis. habens nobiles portus maris ⁊ hꝑcipue in palestinis maritimis et fenicis. gēs seua et bellicosa et in multis ꝑtibus diuersis. mercimonijs occupata. multas etiam habȝ gētes sicut faciebus sic lingua animo et moribus differentes. quidā habitant in desertis. vt nahadei et saraceni. quidam in montanis quidā in nemoribus et in siluis /q̄bus habundant illarum nationes regionum.

s Ichimia est terra in samaria inter iudeam et galileam a sichem filio emor q̄ eam edificauit/sic vocata. nam sichem dicta est vrbs q̄ nūc neopolis nūcupatur cuius ꝯfinium in circuitu sichimia appellatur. vt dicit. Isi. li. xvi. hec vt ait hiero. suꝑ. xviij. geñ. fuit portio terre quā dedit iacob filio suo supra sortem scȝ ioseph vnde et illa terra fuit in tribu effraim et sepultus ibidē est ioseph et eius mansoleum ibi ostenditur vsq̧ hodie. vt dicit hiero. quā terram pecunia graui aquisita labore iacob ꝯparauit emit em̄. c. agnis. vt patet geñ. xxxiij. et pro illo labore. di. hieroni. iacob dixisse q̧ eam in arcu et gladio de amorrei manibus abstulisset ibi erat prope terebinthus sub quo Jacob abscondit idola filioꝝ suorum et tunc de sichim ascendit in luzam cognomine betel vt dr̄ geñ. xxv. In hoc loco parauerunt fratres ioseph non in sichimis sed in dothaiȝ sunt inuenti vbi ipm̄ spoliantes egyptijs vendiderunt. sichimaȝ aūt p⁹ destruxit abimelec filius ieroboel et interfectis habitatoribus sal in eius confinio seminauit vt dicitur iudicum nono. In hoc territorio fuit fons iacob iuxta quē dominus fessus ex itinere requieuit. et vt mulier sibi de illius putei aqua daret ad bibendum postulauit. vt dicit Joh. iiij. Est autem locus magne fertilitatis / mire amenitatis et maxime firmitatis.

s Itia regio est maxima cuius pars interior est in asia inferior vero p̄or est in europa ⁊ hec inferior a meotidis paludibus incipiens inter danubium et occeanum septentrionalē vsq̧ ad germaniā ꝓtelatur. vt dicit Isi. li. xv. huius prima ps est alamania deinde meotides paludes deinde cochia datia retia. deinde germania/vbi plurimā ꝑtem sueui incoluerunt. vt dicit idem. habet itaq̧ sitia plures regiones /quaꝝ quedam sunt locupletes et quedam inhabitabiles. nā in pluribus locis auro et gemmis affluūt. sed griffoꝝ imanitate rarus hominum est accessus smaragdus aūt ibi optimus est et cristallus purissimus. Sitia vt. d. ibidem monstruosos in multis continet homines et feras immanes / vt lincens /tigrides /vrsos seuissimos /⁊ leones. maxime in regionibus et desertis hircanorum. quere. s̄. de hircanis.

s Itionia a sitione rege antiquitus est vocata a quo et regnū sitinioꝝ dictū est. quod regnū archas iouis et caliste filius pilacis in deditionem redactis ex suo nomine archadiam nūcupauit/ Est aūt archadia que etiam sitionia filius achaie vt ait plau. insula inter iouium et egeum mare exposita habens flumen magnum scȝ erimantum. gignit. q̧ albestino lapidem qui semel accensus nunquā extinguit ibi cādidissime merule generantur. vt. d. isi. li. xv.

s Icilia a sicano rege primo sicania fuit nominata. deinde a siculo itali fratre sicilia est dicta que antiquitus cimacera dicebatur ꝓpter tria aera id ē ꝓmūctoria scilicet peloꝝ /pachum/et libeum. cimacera enim grecum quod latine triquadrū dicitur. quia in tres quadras est diuisa. hec ab italia freto modico est discreta /affricam mare ꝓspectans terris frugifera /auro habundans cauernis et fistulis penetrabilis /ventis et sulphure plena. vnde et ibi ethne montis estuant incendia /in cuius freto scilla est et caribdis q̄bus aut nauigia absorbentur aut colliduntur Fuit autem quondam in patria ciclopuȝ ⁊postea nutrix cidanorum frugum fertilis /primo pre omnibus terris pro cōmittendis seminib⁹ aratro est ꝓscissa. ꝑncipalem vrbem habet siracusam et fontem arecusam et albeam fluuiū genitorem equoꝝ. in eo p̄mo est inuenta insula comedia. agatem lapidem ex agathe flumine sicilia primo dedit parturit et mare siculū corallum album gignit et sales agrigentinos qui igne sunt solubiles /in aquis autem crepitantes. omnis autem ambitus clauditur spacio triū millium stadioꝝ. Dicit autem salustius italie fuisse coniunctam siciliam sed medium spacium diuisum fuisse p maris impetum atq̧ scissum. hucusq̧ Isi. li. xv. in. c. de insulis. vbi recitantur omnia supradicta et eadem narrat. plini.

s Irtes vt. d. Isi. li. x. q̄rto sūt are/

nosa in mari loca a tractu sic vocata. vt. d. sa/lusti. eo q omnia ad se trahant. cumulos enim arenarum ad se trahunt. siren enim grece tractus dicitur latine. et talis attractio facit mare inequale vt in vno loco sit profundum in alio loco sit vadosum. et ideo periculosum est illac ire. et dicuntur hec sirtis Sunt autem tales sirtes periculum educentes iuxta mare egiptium et ei in locis pluribus admiscentur. vt di. Isi. ibidem.

Scotia a scotorum gentibus a quibus incolitur appellatur et est promunctoriuz in insula britanica vndique et fluminibus et maris brachijs ab anglia aquilonari separatur. ex parte vero opposita septa mari occeano quo ab hibernia scotia est diuisa eadem gens ab inicio que quondaz in hibernia est super omnia similis in ligua/ in moribus/ et natura. Nam gens est leuis aio ferox seuiens in hostes/ tantum fere mortem diligens. quantum seruire/ in lecto mori reputans segnitiem. in campo autem contra hostem asta/re vt interficiatur gloriam arbitrans et virtu/tem. gens parci victus/ famem diutius sustinens et raro ante occasum super cibum se effundens/ carnibus/ lacticinijs/ piscibus/ et fructibus magis vtens panis vsus britannicis minus habens. et cum sit populus satis elegantis figure et faciei pulchre generaliter a natura multuz tamen eos deformat proprius habitus siue scotica vestitura dicuntur autem scoti a propria lingua a picto corpore quasi sassi eo q aculeis ferreis cum attramento figurarum stigmate antiqui/tus adnotabantur vt di. Isi. li. ix. sup. c. de vocabulis gentium mores autem primeue gen/tis multi ex eis ex admixtione cum angelicis in maxima parte his temporibus in melius mutauerunt/ Siluestres tamen scoti sicut et hiber/nia in habitu et in ligua et in victu et in alijs moribus paternia sequi vestigia gloriam arbitrant immo aliorum consuetudines respectu suaruz quodammodo aspernantur. eorum regio quo ad humi fertilitatem nemorum amenitatem flu/uiorum et fontium irriguitatem gregum et iumentorum multiplicitatem vbi littus gaudet cultoribus/ pro sua quantitate multum fertilis est/ nec etiam impar ipso britannico solo est. vt di. erodocus situs orbis terrarum sagacissimus ex/polator. prout recitat plinius. Quere supra de hiberniam in littera. h. infra quere Eadem scotia dicit Isidorus que ibi de hibernia in pluribus referuntur.

Suecia regio est inferioris sicie in europa a qua tota gothia que inter danorum et noricorum aquilona/nium regna maxima est regio ho/die nominata. habens mare balticum ab oriente. occeanum britannicum ab occidente. nori/corum prerupta et populos a septentrione. a meridie vero dacorum continijs terminatur. Est autem suecia que et gothia est vocata. quo ad solum frugifera vinearum tamen expers sed in pascuis vberrimis alios defectus recupat et metallis. Nam preter diuitias quas ex mari illa regio multipliciter contrahit in feris pecudibus et iumentis in argentifodinis et alijs lucris in numeris multas regiones alias excellit gens valde robusta cuius militaris potentia quondam totius fere asie et europe partez maxima in multis temporibus edomauit. quos aggredi tempore allexandri magni grecorum audacia extimuit. Julij etiam cesaris inuicta potentia superatis gallicis almanicis et britannicis cum danis et gothis noricis et aquilonaribus populis alijs congredi formidauit secundum q tradunt scriptores historie. tam grecorum/ q etiam romanoruz quorum dictis potest et debet merito fides adhiberi in quibus nec religioni fidei nec etiam rationi potent in aliquo obuiari. vt dicit hiero. Illorum inquit poetarum et scriptorum scriptis et dictis fidem adhibere conuenit quorum relatio fidei moribus non preiudicat nec veritate agnite contra/dicit. ex istorum prosapia amazones processerunt. vt di. orosius et Isido. li. xv.

Sueuia germanie renensis est prouincia in europa cuius gens habere dominum maximum in germania consueuit. vt dicit Isido. li. quidecio Dicit autem idem in. c. de vocabulis gentium li. ix. sueui inquit sunt pars germanorum in fine septentrionis de quibus d. luca. Fudit ab extremo/ flauos aquilone sueuos. quorum fuisse quondam. c. pagos et populos multi crediderunt Dicti autem sunt sueui a sueuo monte qui ab ortu germanie ortum habet/ et illius montis loca et confinia primitus coluerunt. vt di. Idem. ab ortu habet danubium cum bauaria ab occasu habet renum cum alsatia/ a meridie habet iugera alpium cum italia/ a septentrione habet franconiam in inferiori protenditur con/tra renum. superior contra alpes et dannubium Utraque est terra optima et frugifera/ vnifera in multis locis/ habens ciuitates munitissimas opida et castella campestria et montana/ amnes et flumina nemora multa et gramina et pascua ouium greges et armenta. circa montana etiam ferrum habet et argentum preterea ac metalla. Gens populosa nimis fortis/ audax/ et belli/cosa/ procera corpore/ flaua crine/ venusta facie et decora

Anatos insula ē occeani paruula modico freti interiectu a britānia sepata. habens cāpos frumentarios et gleba in vberem. dicta est tanatos a morte serpentum quos dum ipsa nesciat asportata; inde terra quoquo gentium vecta fuerit angues illico pimit. vt di. Isi. li. xiiij

Rapobatane est insula indie iacens ad austrum ex quo occeanus indicus incipit patens in longitudine octingentis lxx. milibus et .l passuum In latitudine vero lxxv. milia stadiorum. Scindit autem amnis interfluuio. tota repleta margaritis et gemmis. pars ei⁹ bestijs et elephantibus est repleta. partem vero homines tenent. in hac dicunt in anno duas esse estates / et duas hiemes / et bis floribus vernari locum. vt vtilissima indie ē insula. virens omni tempore. foli eius semp sunt virentia et nunq̄ cadunt (vt di. Isi. li. xv.

Racia est puincia in grecia / ad q̄ veniens tir:s filius iaphet a suo nomine. vt dicit ipsam thraciā nominauit. vt dic. Isido. li. xiiij. Alij a seuitia incolarum traciam appellatam dixerunt. huic ab oriente ppositis et vrbs constāt inopolis opponta est. a septentrione vero hister obtendit / a meridie aūt egeo mari adheret ab occasu vero macedonia illi subiacet. cuius regionem olim diuersi populi .s. massagete / sarmate et scite. et alie plurime natios icoluerunt. ampla est enim et ideo multas nationes potuit ɔtinere ebrum fluuium tracia fundit / q̄ etiam barbaras multas tangit. vt. d. isi. li. xiiij

Raconitida regio est in iudea cui p̄fuit philipp⁹ frater herodis Nā totū regnum hebreorum fuit diuisum in quatuor tetrarchias. quarū prima fuit gallilea cui⁹ tetrarcha fuit herodes secunda et tertia ituria et traconitida regio cui prefuit philippus vtriusq; regionis exīstēs tetrarcha. quarta fuit abelina regio / cui prefuit lisanias sup herodem et philippū. In tot em̄ principatus pticulares fuit diuisa iudea a romanis ad domandam supbiaʒ iudeorū (vt d. glo. super lucam super illum locum. tetrarcha autem philippo ⁊c.

Hessalia (vt di. isi. li. xiiij.) grecie est prouīcia / a thessalo rege cognominata que ad meridianam plagam macedonie cōiuncta est. multa in thessalia flumina sūt et opida quorum caput thessalonicum est vocatum. ibi est mons pnasus quondam apolini cōsecratus. fui aūt thessalia patria achillis ⁊ origo extitit lapbitarum de quibus fertur q̄ hi primo equos frenis domuerunt sup dorsa eorū insidere vnū corpus esse videbantur. ppter quod milites thessalorum centauri ficti sunt vt di. isi. li. xi. in. c. de portentis. In thessalia autem primo solidi aurei inuenti sūt. domandorumq; equorū vs⁹ primitus est repertus. vt di. Isi. li. xv. ad hoc dicit idem li. iiij. q̄ moysi temporibus in thessalia accidit quoddam diluuium in quo aquarum illuuies maiorem ptem populorum thessalie submersit paucis per refugia montiū liberatis ⁊ maxime in monte pernaso in cuius circuitu deucaleon tunc temporis regno potiebatur. qui tunc ratibus ad se ɔfugientes suscepit. ⁊ sic in pnasi iugo eos aluit atq; vouit ppter quod dicunt grecorum fabule deucalionem hominum genus ad lapidibus repasse vt dicit ibidem.

Enedos est insula grecie vna de cicladibus sita ad septentrionem in qua ciuitas thene cōdita est. a qua ⁊ insula est vocata. Fuit autē thenes quidam iuuenis infamatus q̄ suā nouercam cognouisset qui fugiens insulam vacuam cultoribus obtinuit. qui ex nomine suo ciuitati quam ibi cōdidit ⁊ insule nomē dedit.

Hile vltima est insula occeani int̄ plagam septentrionalem ⁊ australem vltra britanniaʒ sita nauigatione sex dierum. a. sole nomen habens. quia in ea sol estiuum solsticium facit ⁊ nullus vltra eam dies est. ⁊ ideo eius mare tardum est. et congelatum. vt dicit. Isido. li. xv. secundum plinium autem locus inhabitabilis est. q2 in estate nihil ibi crescere potest ppter nimium calorem exurentē. In hieme etiā nihil potest propter frigiditatem ɔgelātē Nā ab equinoctio vernali. quādo sol est in ariete vsq; ad equinoctium autumnale quando est ī libra sol illi insule nunq̄ occidit. et ab illo tempore vsq; ad equinoctium vernale iterum ad insulam non accedit. vnde per dimidiū annu habet diem. ⁊ per dimidium habet noctem. ʒ vt di. idem in. c. de insulis li. quindecimo ⁊ d̄ solstitijs li. ij. idem etiam di. beda in li. de naturis rerum. Similiter et solinus.

Ripolitana regio est dicta dupliciter vna ē in fenice dicta a tripoli ciuitate famosissima que totius patrie in circuitu ppter nimiam sue fortitudinem est defensio ⁊ munimētū Alia vero est tripolitana in affrica inter pentapolim ⁊ bisantium. sita a tribus magnis vrbibus sic vocata. scilʒ orea sabine et leptis magna. hec

habȝ ab oriente sirtes maiores et trogoditas a septentrione mare adriaticum. ab occasu be satum / a meridie gerulas et garamandas vsq ad occeanum ethiopiam protendentes. vt d. Isi. li. xv.

Rogodea est regio in ethiopia cuius incole dicuntur trogodite sic vocati. quia tantu scelerītate pollent vt ferat pedum cursu assequātur. hȝ etiā hec regio quandā insulam vbi crescit optia mirre species et purissima eius gutta ibi inuenitur ⁊ dicitur mirra trogoditeȝ ab insula in qua crescit. vt. d. Isido. li. xvij. cum sit hec prouintia in ethiopia. tangit tamen fines arabie. vnde aliquādo dicitur esse in arabia. vt patet in li. ix.

Roiana prouincia in frigia primitus fuit dardania a dardano nomīata. Nam dardanus de grecia profectus peruenit. ad frigiaȝ ibidē pmitus regnauit. postea filius eius erictonius. deinde nepos eius tros a quo ciuitas troia ⁊ patria in circuitu est vocata. vt d. Isido. li. ix. multi autem de troianis pmo troie exitum facta classe per diuersas mūdi partes sibi sedes quesierunt multas nationes expellentes pro eis habitauerunt et ex ipsorum pgenie prodierunt in posterum potentissime iccult nationes sicut diuersarum regionum verissime historie attestantur.

Duscia italie est prouincia inter ligures et romanorum territorium collocata qua difficilibus montium iugis et accessibus locorum valde altis at arms fortissime est munita thuscia autem (vt d. Isido. li. xv. sacrificioꝝ thuris frequentia est vocata. nam in illis partib⁹ in mortuoꝝ exequijs antiqua thura cremare et offerre religionis et deuotionis gratia maxime assueti erant et suos mortuos affectu lacrimabili deplangebant thura etiam in aris deoꝝ potissime incendebant vt qȝ dicitur in thuscia ars aruspitia primitus est repta. vt d. Isido. hec ȝemulia fuit antiquitus noīata pres habens inclitas ⁊ nobiles ciuitates ab occidēte ɔtra liguriam habet pisanam ciuitatem / senas / lucanam florentinam. contra septentrionem vrbem veterem. contra orientem aretum ɔtra meridiem / curtbonem / perusiū / et assisiū que valli spolitane contigue sunt ⁊ vicine. ab oriente habens mare ardiaticum ⁊ marchiam de anchonia / a meridie tiberim ripaȝ ⁊ romā ab occidente mediolanēsem liguriam: a septētrione romaniolā ⁊ pꝛuītiā paduanā. et hͤ regio ē multū ptendēs in lōgū ab ortu versus occasū minus hñs latitudinis aquilonari termino ad austrelem. Est autem terra montuosa satis ⁊ fortissima quo ad situm: fertilissima quo ad solum / saluberrima quo ad celum. quā mare in duabus partibus locupletat. quā etiam fontium ⁊ lacuum multitudo irrigat ⁊ fecundat. amnis fluuius illam preterfluit et decorat croci aromatici ibi crescentis habundantia ipsam singulariter nobilitat atq ditat. fontium etiam calidorum in ea scaturientium affluētia ipsam gratificat ⁊ sublimat.

Duringia germanie est prouincia media inter gentem saxonum e francoꝝ et vestfalorum. habet eñ boemos saxones ab oriente / francones et bauaros a meridie. sueuos et balsaceos ab occidente. renenses vestfalos ab aquilone. Gens siquidem scđm nomen patrie thuringia id est dura ɔtra hostes maxime et seuera. Est enim populus numerosus. elegantis stature. fortis corpore. durus ⁊ ɔstans mente habens terram fere montibus vndiq circumdatam et munitam. interius vero planā. valde frugiferam ⁊ fructiferam a vineis etiam nō expertam. opida multa castra fortia non solū in montanis verum etiam per plana. amnib⁹ stagnis lacub us irrigua. aere saluberrima. pabuli vbertate gratissima. armentis et gregib⁹ valde plena. in eius montibus diuersa inueniuntur mineralia et metalla. vt dicit erodoc⁹ qui nullatenus pmisit secreta in germanie cōfinio inscrutata.

Dorona gallie supioris est prouincia pars aquitannie antiquitus cōputata a thoronis ciuitate indita sic vocata. in q̄ gēma sacerdotum martinus sanctissimus requieuit. Est autem sita super amnem ligurim qui eam pterfluit ⁊ irrigat multipliciter ⁊ locupletat. terra frugifera. fructuosa. vinifera. pascuosa. aere saluberrima. nemorosa. gens robusta corpore. elegantis forme. audax mente benefica in opere modesta in sermone.

Asconia est pꝛuincia ab atiquitānia antiquitus cōprehensa. sita iuxta pirenū a vascea opido noīata (vt d. Isido. li. ix.) habens mōtes pirenos in vno sui latere ⁊ i alio occeanū

mare. in alio vero planitiem prouincie tholosane. in alio vero pictauorum gentibus appropinquat terra siluestris nemorosa saltuosa et mōtuosa. in multis sui partibus vinearum ferax in tantum quod vicinis multis et maris insulis vini copiam administrat. gerbona fluuius a tholosana prouincia separat qui vasconiam per terfluens iuxta burdigalem metropolim vrbē vasconum occeanum mare intrat (vt d. Isido. li. ix. in capitulo de vocabulis gentium) vaccei a vacca opido cognominati. per amplam iugis pirenei montes solitudinem inhabitāt qui et vascones quasi vaccones dicuntur. c. in s. litteram demutata quos pompeius edomita hispania ad triumphum venire infestēs de pirei iugis deposuit. et in vnum opidum congregauit. vnde et cōuenarum nomen vrbs accepit (vt d. idem Isido. plini.) et erodocus q̄ recitat gentem vasconum fore corpore leuem et agilem. animo audacem. ad bella precipitem etferocem.

Enitia venatorum ab antiquo dicebatur prouincia. que a littore maris adriatici in cuius sinu vrbs venitiarum nunc est sita. vsque ad padū fluuiū qui diuidit inter ciuitates et fines superiorum ligurum et inferiorum. videlicet inter pergamenses et mediolanenses primitus extendebatur ut narrat hi. lumbardorum ac ligurum historie verissimus recitator. multas siquidem nobiles nunc obtinuit ciuitates. Nam vt dicit Isido. li. xvi) māma que a manto ciresie filia que post interitum thebanorum theba est dicta. in italia condita. sita in venicia. que galleatis alpina est vocata. venicia itaque in italia ē prouincia. que multarum terrarum et ciuitatum dominiū non habuit ab antiquo in mari vel in terra. cuius potestas per longissimos maris protractus vsque in greciam se extendit. germanorum fines vsque in aquileam tangit. dalmatum. et sclauorum piratarum predam tirānicam reprimit et cōpescit. insulas et portus promunctoria maris et sinus sub eius dominio existentes iustissime regit. subditos protegit ab hostibus potentissime ac defendit rempublicam iustis legibus subicit. nullam diuinis contrariam institutis infra suos terminos manere dissimilat aut permittit. huius gentis referre singulas probitates estimo superfluum. cum de gentis venetorum virtute potentia circumspectione et prouidentia. vnitate ciuium et concordia. amore totius iusticie cum clementia. omnibus fere natiōibus iam sit notum. vt dicit idem scriptor histoꝛie lumbardorum.

Estfalia germanie inferioris est prouincia. habens saxoniam od oriētem. thurigiam et hassiam ad meridiem. renū et coloniam ad occidentem. occeanum et frisiam ad aquilonem. nobilissimis fluminibus duobus in eius extremitatibus cingitur scilicet visconia atque cenona. renū tangit versus occidentem et septētrionem. visconiam vero versus orientē. Est enim terra multum nemorosa. et pascuosa. plus alendis gregibus quam ferendis frugibus apta. multis fontibus et amnis est irrigua lipia. s. atque rura et multis aliis. fontes habet salis et montes fertiles. in metallis abundat et etiam frugibus glandibus. nucibus. atque pomis. etiam feris porcis. et pecudibus et iumētis. populus cōmuniter. elegantis stature est et procere. venuste forme et fortis corpore. et audex mente. militiā habet copiosam ac mirabiliter animosā. promptam ad arma cōtinue et paratā. ciuitates habet fortes et munitas. castra fortissima. et opida. tam in montibus quam in planis.

Ironia prouincia est paruula vltra datiam versus orientem a viroꝛe dicta. eo quod sit graminosa et nemorosa. multis aquis et fontibus perfusa. cuius gleba est frugū ferax Gens quondam barbara. seua incōposita ac inclita. nunc vero danorum regibus pariter et legibus est subiecta terra vera tota est a germanis et danis pariter habitata. Quere supra in littera. R. deriualia. Hec terra a nogardorum gente et ratheorum per fluuium maximū q̄ naruere dicitur esse separata.

Ilandia est patria iuxta mōtana norbegie versus orientem sita. super littus occeani protenta. nō multum fertilis nisi in graminibus. et in siluis. Gens eius est barbara. agrestis et seua. magicis artibus occupata. vnde et nauigantibus per eorum littora. vel apud eos propter venti defectum moram cōtrahentibus. ventum venalem offerunt. atque vendunt. globum enim de filio faciunt et diuersos nodos in eo cōnectantes. vsque ad tres nodos. vel plures de globo extrahi precipiunt. secundum quod voluerint ventum habere fortiorem quibus propter eorum credulitatem. illudentes demones. aerem concitant. et ventum maiorem vel minorem excitāt secundum quod plures nodos de filo extrahunt vel pauciores. et quandoque in tantum cōmouent ventum quod tales fidem adhibentes iusto dei iudicio submerguntur.

Itrea est insula modica in mari

británico sita. distans a britannia maiori ꝛ ꝑ uo freto interposito separata. cuius gleba ad frumenta est optima. multas habēs siluas et nemora / feras multas / pecora et iumenta. fontes et amnes insulam irrigantes / quo ad temperiem est saluberrima et in fontib⁹ vberrima dicitur esse. hec ab anglicis hodie inhabitat.

Yselādia est regio vltima in eropa a septētrione vltra norwegiā sita glacie in ei⁹ finib⁹ ꝯdēnata ꝓtēditur autem sup littus occeani maris versus septentrionem. vbi mare pre nimio frigore congelatur. ab oriente habens sitiam superiorem / austro norbeiam. ab occidente occeanum hiberniam / ab aquilone mare cōgelatum. et est dicta iselandia quasi terra glaciei eo ꝙ ibi dicuntur esse montes niuei in glaciei duriciem congelati ibi cristalli inueniūtur. In illa etiam regione sunt albi vrsi, maximi / et ferocissimi qui vnguibus glaciem rumpunt et foramina multa faciūt. per que in mare se submergunt. ꝛ sub glacie pisces capiētes. eos extrahunt per foramina predicta. ꝛ ad littus deferentes. inde viuunt. terra est sterilis quo ad fruges exceptis paucis locis in quoꝝ vallib⁹ vix crescat auena gramina tantūmodo et arbores in locis vbi habitant homines ꝑunt ꝛ ꝓducit. ꝛ in illis ꝑtib⁹ feras gignit et iumēta nutrit. vñ de piscibus et carnib⁹ et venatiōib⁹ ꝓ maiori pte pupul⁹ terre viuit. oues ibi ꝑ frigore viuere non possunt. ꝛ ideo incole de ferarum et vrsoꝝ pellibus quos venatu capiunt. contra frigus se muniunt. et corpora sua tegut alia vestimenta habere non possunt. nisi aliunde deferantur. gēs multum corpulenta. robusta et valde alba. piscationi dedita ꝛ etiam venationi.

Zeugia siue zeugis est ꝓuītia vbi est maior kartago. minor affrica inter bizāniam ꝛ numediam sita: (vt d. Isido. li. xv) Decmari sicdo est iuncta. vt d. idem. ꝛ a meridie vsqꝫ ad regionem gotulorum porrecta. cuius ꝓma sunt frugifera. vlteriora vero bestijs et serpentibus plena. ibi onagri. ꝛ fere siluestres ibi mira ꝛ monstruosa inueniuntur. vt d. idem.

De lapidibus terre ꝛ metallis atqꝫ eorum ꝓprietatibus.

Liber Sedecimus.

Descriptis ꝓprietatibus terre ꝛ partiū eius in gñali. restat adiuuāte dño aliq̄ hic inferre de eius ornatu in speciali. Eoꝝ autem que ornent terram quedā sunt simpliciter inanimata ꝛ insensibilia. vt omnia metheorica. que in venis terre generantur. qualia sunt lapides. colores / et metalla. et de illis primo ꝑ ordinem ē agendum. Quedam vero vegetabilia / ut radices / herbe / et arbusta. Quedam autem sensibilia. vt homines et iumenta. de quibus vltimo est tractandum. Primo igitur de his que generantur in terra et in venis eius per ordinem alphabeti hic dicendum est.

Arena ab ariditate est dicta que si manu pressa fuerit. pre siccitate ꝛ duricia stridorem facit. que si in feste cādida aspersa fuerit nihil sordis post se relinqt. vt dicit Isido. li. xvi. capitulo quarto. arena siquidez in aquis marinis ab omni limositate ꝛ lutea viscositate abluit. vt d. Aristo. in libro de ꝓprietatibus elementorum. ꝛ ideo ꝓpter vincentem in ea siccitatē coagulari in lapidem perfecte non permittit terra enim pura (vt d. idem libro methe. iiij.) lapis non fit quia cōtinuationem non facit. sꝫ cōmunitionem. ꝛ ideo siccitas vincens omnē humiditatem nō permittit eam totaliter in lapidem consolidari. inde est ꝙ arena terra communi est substātialiter durior. sed lapide mollior ꝛ in partes inumerabiles diuisibilior. vnde arena frigida ꝛ sicca / minuta cōpressa / grauissima est in pondere ꝙuis sit minuta. sterilis ex se ꝓpter caloris et humoris defectum et dominiū frigide siccitatis imbre superueniente non dissoluitur. sed potius diluta aut consumpta lutea in puritate magis cōprimūtur. et ꝑte parti fortius deherente amplius solidatur. vt dicit Hiero. super Iere. c. v. qui posui harenam terminū mari ꝛc̄. habet etiam vniuersaliter naturam colatiuā. vnde aqua per harenā colata purior et dulcior inuenitur. vt d. Constan. Item virtutem habet metalloꝝ purgati

nam et sua confricatione rubiginis cōsumpti uam. aurum enī es et ferrum arene cōfricatiōe clarificantur. Item virtutem habet infrigida tiuam /repercussiuam / opilatiuam / tumoris sedatiuam. vt patet in chimalia .i. arena ex la/ pide fabrili resoluta. que valet ad omnia su/ pradicta. vt d. Constan. Item virtutem hab3 mineralem vel salarnici similem vel affinem. vnde inter arenulas tam fluuiales ꝙ marinas auree arenule sepius inueniuntur. lapides eti am polliti et gēme preciose in marino littore inueniunt inter arenulas. Item arene tam flu uiales ꝙ marine ex ventis contrarijs ipsas a/ renularꝫ ꝑticulas eleuantibus /sepius in ma ris hostijs ꝛ littoribus coaceruantur. ꝛ ex are/ nis sic accumulatis aq̄ fluuiales ne mare sub intrent aliquotiens retardantur. vt d. Hiero. super amos. viij. nisi defluet sicut riuus egyp ti ꝛc̄. vbi expresse dicitur ꝙ aqua nili ꝓpṫ ob stantes harenarꝫ cumulos contingit impedi/ ri. Nam circa fluminis descensum pariter ag gregate aqua nili descendere in mare nō per/ mittitur. sed potius refluere per plana egypti manifestissime coartatur. sed quanto illis cu/ mulis arenosis aqua redire compellitur tanto eisdem dissipatis cum maiori impetu in ma/ re descēdere ꝓfundius ꝓhibetur. vt dicit H e ro. ibidem. Item arenarꝫ obstaculis in mari sub aque superficie occultatis occurrere vel re/ sistere maxime est difficile et periculosum. vt patet supra vbi de maris ꝑiculis ꝑtractatur.

a Rgilla est terra tenax glutinosa ꝛ viscosa ad varia opera singulo/ rum disposita atq̄ apta et est sc̄d3 Isi. li. xvi. c. i. ab argis sic vocata apud quos primo ex tali materia vasa fictilia sunt effecta (vt ibidem dicitur) talis terra per actiouem caloris liquidiores partes cōsumē/ tis et terrestriores consolidantis in laterem cō mutatur. sepe etiam ꝯtingit ꝙ talis terra lutea et vnctuosa frigiditate aquam ꝯgelante i i la pidem cōmutatur. sepe etiam accidit talis trās mutatio sc3 luti vnctuosi in lapidem ex calore coagulante. sicut enī dicitur libro methe. iiij. lutum vnctuosum aptum est huic transmutati oni sc3 in lapidem ꝑ calidi coagulationē qua re vnctuosum est medium inter viscosū et va poratiuum habens humidū in se. vnde gra/ tia vaporatiui potest a calido coagulari. gra/ tia viscosi non potest ex toto educi. sed ampli us comprimi et ꝯsolidari. et sic in lapidē trās mutari. vt d. ibidem cōmenta. Argilla est fri giditate sua sanguinis restrictiua. vt d. Con/ stan. Argilla si cum forti aceto fuerit distempa ta apposita fronti et timporibus ꝓhibet san/ guinem de naribus profluentem.

a Labastrum. vt dicit Isido. li. xvi. c. v. est lapis candidus intercin/ ctus varijs coloribus ex quo leuā gelici illius vnguenti vasculum fa ctum fuit. ex hoc enim cauantur vasa vnguen taria quia vnguenta custodiunt peroptime in corrupta. nascitur autem circa thebas egypti as et damascum sirie ceteris candidior. sed ꝓ batissimus de india transportatur hic lapis a diasconde nicomar dicit. et dicit valere hūc ad victoriam obtinendam. ꝛ dicit etiam ꝙ ge nerat et conseruat amicitiam.

a Urum ab aura est dictum. vt di/ cit Isidorus libro. xvi. eo ꝙ re/ cusso aere plus refulget. naturale enim est vt metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus. hinc et au/ rarij sunt dicti quorum fulgor splendidos red dit. aurum autem magis radians et fulgens dicitur obrisum eo ꝙ splēdore obradiat ac ful gore. Est autem coloris optimi quod hebrei operam. greci vero cayron vocant. lamina ve ro tenuissima ex qua inducuntur fila aurea bra ctea nuncupantur (hucusq̄. Isido. c. de me tallis. Sc̄dm Aristo. autem li. metheo. paru3 ante finem dicitur. ꝙ aurum sicut cetera metal la materialiter procreatur ex sulphure subtili et rubeo et de viuo argento subtili et albo. plus autē occurrit in eius compositione de sol licitudine siue soliditate sulphurea ꝙ de aereo aquoso viui argenti. et ideo aurum solidius ē et ponderosius ꝙ argentum in cuius cōpositi/ one plus de argento viuo ꝙ de sulphure al/ bo concurrere consueuit (sicut ibi d. Ri. rufus Auro igitur inter metalla quo ad substantiam nihil solidius est/ nichil cōpactius. et ideo in igne positum non euaporat nec etiam in pon dere minoratur. vnde in igne non consumitur sed sol quando vi caloris liquescit si quid ha bet annexe impuritatis et scorie deponitur ꝓ pter quod et amplius depuratur et fulgidius inuenitur. Nihil enim inter metalla est ductili us quia tante est ductilitatis ꝙ inter incudem et malleum sine ruptione siue distinctione ꝑ tum in brachtheas id est tenuissimas lamias

dilatatur. nec etiam inter metalla quo ad formam et speciē est pulchrius. ⁊ ideo inter omnes picturabiles formas siue species primū ⁊ precipuum locum auri optinet pulcritudo. vnde forma est et decor tam colorum ꝙ rerum vel metallorum. Item nihil inter metalla quo ad virtutem inuenitur efficacius (cuius virtutem describit platearius dicens) aurum inquit tpatius est omni metallo et purius. ⁊ ideo virtutem habet confortatiuam ⁊ superfluitatum coadunatarum in corpore extersiuam. ⁊ ideo valet contra lepram ⁊ elephantie passionem vtiliter emendendam. Limatura autem auri in cibo vel in potu vel in medicina valet ad p̄seruationē a lepra vel saltem ad eius occultationem. quia eius frequens vsus ab ea preseruat vel retardat aut saltem ipsam palliat ⁊ occultat (vt d. auicenna) Item eadem limatura cum succo boraginis ⁊ osse de corde cerui valet ꝯtra sincopi ⁊ cardiacam passionem. Item lamine auree candentes in vino extincte/ vinū faciunt vtile contra vicia splenis ⁊ alias passiones multas vel melancolicas. Item vstura facta cum instrumento aureo melior est ꝙ de alia materia vl' matello. locum enim vstionis custodit imunem a fetore. Item puluis cadume auree oculis impositus maculas oculorū purgat. Confortat autem aurum mēbra quāuis eis non incorporetur nec ea nutriat depurādo. ex asperitate sua supfluitates que mēbra ledebant extergendo (vt d. idem plate.) Itē aurum calefactum tollit pilos a mēbro quod inde exustum fuerit aut fricatum ⁊ iterum crescere non permittit (vt d. Constan.) Item aurū percussum non resonat sicut es vel argentum nec crepat nec funditur. sed potius extenditur ⁊ dilatatur. nisi ei fuerit aliud metallum adulterinū modo aliquo incorporatū. Nam ꝙdiu es vel auricalcum cum auri substantia est permixtum semper sub malleo scinditur. ⁊ semper ad susceptionem debite forme. sub mallei ictu inobediens inuenitur. ⁊ ideo necesse est ꝙ omne superfluū ab eo per excoctionem auferatur vt efficiatur ductile ⁊ aliquod vas cum optata forma exinde ꝑducatur (vt dicit Grego). quando autem lamina vel brathea aurea cū argentea subducta dēt malleando incorporari necesse est a tribus maxime p̄caueri scilicet a puluere/ vento/ ⁊ humore. quia si aliquod horum inter aurum ⁊ argentum ꝑmiscuerint/ nequaꝙ vnū cum altero se tenebit. ⁊ ideo oportet ꝙ in loco valde mundo ⁊ quieto hec duo metalla ad inuicem vniantur. quando autem modo debito sic iungunt insepabilis fit vnio ita ꝙ ab inuicem non possunt vlterius separi

Auricalcum (vt d. Isido) est dictū quia cum sit es siue cuprum resplēdet tamen superficialiter sicut aurum. es enim greco sermone calco vocatur. auricalcum itaq; habet duriciem eris siue cupri ex mixtione enim eris ⁊ stanni ⁊ auripigmenti ⁊ quibusdam alijs medicaminib⁹ perducitur in igne ad colorē auri. vt dicit Isidorus colorem itaq; habet auri ⁊ similitudinē sed non valorem. vasa etiam diuersi generis artificialia ⁊ pulcra in sui nouitate auri speciē precedentia ex auricalco preparant. sed paulatim a fulgore primo hebetant ur ⁊ quasi rubiginantur ⁊ sic tam colore ꝙ odore cupreo suā materialem originem protestantur. In istis vasis cibaria ⁊ vina diutius reseruata saporē horribiliorem contrahunt ex eris vicio ⁊ odore. Colliria tamen que oculorum sunt medicamina in eis vtiliter reseruantur ⁊ ex eris fortitudine acuuntur. vt dicit pla.

Auripigmentum est vena terre siue genus lapidis scissibilis ⁊ fragibilis auri speciem p̄tendens in colore. ⁊ vocatur alio noīe lapis arserascus. qui est duplex rubeus ⁊ citrinus. ⁊ habet scd'm dia. naturam sulphuris calefaciendi ⁊ desiccandi que si apponatur eri ipsum in album transmutat ⁊ omnia corpora metallina preter aurum exurit et deuastat. vt. d. t. et. d. Scd'm plautū autem auripigmentum calidū est et siccum in quarto gradu et est vena terre et dupla species rubeū scz et citrinū. Citrinū aūt cōpetit medicine. habet autem virtutē dissoluendi/ attrahendi et mūdificandi. vnde valet asmaticis et malum anhelitum habentib⁹ ex humiditate. si inclinato capite fumus eius recipiatur. Ex auripigmento fit philocrū id est vnguentum depilatorium vt pili faciliter amoueantur quando decoquitur cum calce viua. valet etiam contra serpiginem et impetiginem si locus cum sapone et auripigmento leniter inungatur. sed statim locus inunctus abluatur. quia si vnguentū tale ibi diu maneret bonam carnem sicut et malam corroderet ⁊ excoriaret. naturam enim habet inscissiuā et corrosiuam. vngues autem deturpatos et deformes cadere facit vt crescant meliores. vt dicit plau.

Argentum a greca appellatione vt d. Isido. est dictum. Nam greci argentum vocant. cui mirum in modum accidit quod cū sit candū

impressum corpori lineas nigras (vt d. Isi/ do.) reddat. I eius compositione sunt viuuz argentum et sulphur album. plus autem est ibi de aereo et aqueo et argenti viui q̄ sulphu ris. et ideo non est tanti ponderis sicut aurum vt d. rufus. Est autem argentum duplex scili/ cet simplex et compositum. Simplex autem liquidum est ⁊ vocatur argentum viuum. Cō positum autem argentum est solidum / com/ positum ex argento viuo puro ⁊ sulphure al/ bo non vrente (vt dicit Aristoteles). argentum autem viuū est substantia aquea/ mixta cum subtili terrena forti admixtione in/ dissolubili. ⁊ hoc habet ex magna siccitate ter rea que non liquescit in supficie plana. ⁊ ideo non adheret sicut id quod est aquosū. Est aūt eius substantia alba ex claritate aque subtilis et ex albedine terre bene subtilis et digeste ha bet etiam albedinem ex admixtione aeris cuz p̄dictis. habet etiam argentum viuū hoc sibi naturaliter ꝓprium q̄ nō coagulatur p se sine sulphure sed cum sulphure et cū plumbi sub/ stantia coagulatur. ideo dicitur ibidem q̄ ar/ gentum viuū ⁊ sulphur sunt elementuz id est materia et principium omnium liquidabili/ um scilicet metalloꝝ. hec omnia dicuntur in li. metheo. expsse. et etiam a richardo sic expo/ nūtur. argentū itaq̄ viuū omniū metalloꝝ di/ citur esse principium. et ideo respectu eorum est simplex elementū. De sua aūt virtute et natu/ ra / diuersi diuersa posuerunt. Quid aūt de h̄ sentiant medici patere potest per hec verba. Argentū inq̄t platearius) viuū calidum dici tur esse et humidū in gradu quarto. q̄uis a q̄/ busdam iudicetur frigidum et in eodē et q̄ sit calidum ostenditur p effectum eo q̄ dissoluit penetrat / et incidit. sed q̄ꝛ actualiter s entitur multum frigidum abusiue frigide iudicatur. Quod aūt aliq̄ dicant argentū viuū ex qua/ dam vena terre per excoctionē fieri falsum esse patet. eo q̄ p caloré ignis facilime in fumū ex tenuatur. sed a terra gignit̄ et quasi aqua pflu ens ꝓcreatur. diutissime etiā in vase frigido ⁊ solido conseruat̄. Tanta aūt ipsius est cohe/ rentia et fortitudo q̄ nulli rei potest admisceri nisi p̄mitus extinguat̄. extinguit̄ aūt cū saliua q̄n cū ea fricatur. et maxime q̄n cinis saliue ad ditur et maxime quando puluis ossis sepe so ciatur. Est autem argentum viuū de facili in fumū euaporatiuū et resolutiuū cuius fumus maxime obest astantibus. Inducit enim pali/ sim et tremoré relaxando neruos / et remollien do. Ore acceptum imissum occidit mēbra p/ fodiendo. Circa quod piculum maxime valet lac caprinū in quantitate maxima expotatum cū ꝯtinuo motu paucis. ad idem spāliter va let et decoctio vini cū absinthio et isopo (huc usq̄ plate) Dicitur aūt argentū viuū eo q̄ in/ cidat materias quibus inicitur (vt d. Isi. li. xvi. vbi etiā hoc subiūgit. hoc inquit est liqui dum quia pcurrit. Inuenit̄ aūt spāliter in me tallis seu in fornacibus argentarijs guttarum concretione tectis inherens. sepe enim in ve/ tustissimo stercore cloacarum et puteorum li/ mo inuenitur. fit enim ex minimo imposito cō cule ferree patena testea superposita. debet au tem fasculum esse circumlinitum et circumda/ tum carbonibus / et tunc argentum viuum ex minimo distillabit. sine hoc argento neq̄ es neq̄ aurum inaurari potest. Tante autem vir tutis est vt si super sextarium argenti viui cen tenarium saxum superponas oneri statim re/ sistit. Si vero auri scrupulum superposueris leuitatem eius in se statim rapit. Ex quo pa/ tet non pondus esse. sed naturam cui cedit. po tui datum interficit / ponderis causa. Serua/ tur autem melius in vasis vitreis. nam cete/ ras materias perforat ⁊ corrodit (huiusq̄ Isi do. xvi. c. de metallis) Argentum est igitur al/ bum / clarum / sonorum / purum / ductalitatis habens multum. minus tamen q̄ aurum / bal sami. potissime conseruatiuum / virtutis in ia spide iuuatiuum. Maiorem autem virtutem habet iaspis in argento q̄ in auro. vt dicitur in lapidario. liquabile et in igne resolutiuum et liquefactiuū / colorem habet igneum rubeū infrigidatum vero iterum efficitur candidum atq̄ durū. ⁊ quāuis sit grossum et materiale respectu auri / tamen post aurum in valore et precio obtinet inter metalla principatum. nā eius scoria siue spuma vulnera sanat et replet et carnes superfluas in eis crescere non permit tit cicatrices inducit / sordes corporis mundi/ ficat / cancrum a fetore custodit / confortat flu/ xibilia membra et constringit / ex contactu ter re rubiginem contrahit. sed ex arene et salis confricatione colorem pristinum recipit et re/ sumit.

a Damas est lapis indicus paruus ⁊ indecorus ferrugineum habēs et splendorem cristallinum. nun/ quam tamen vltra magnitudinez nuclei auelane est reptus. h̄ nulli cedit materie nec ferro quidem nec igni nec vnq̄ incalescit.

vnde a grecis vis indomita appellatur. sz cũ
sit inuictus ferri ignisq; contemptor rumpitur
sanguine hirci calido et recenti. cuius frag-
mentis sculptores in signandis gemmis et p-
forandis vtuntur hic differt in hoc a magnete
quia positus adamas iuxta ferrum non patit
illud attrahi a magnete immo retrahit p quã
daz violentiam ferruz a magnete lapide sic at
tractum. Dicitur hic lapis more electri venena
deprehendere/metus varios expellere/ et male
ficiis artibus obuiare (hucusq; Isi. li. xvi. c. de
cristallis) Hic lapis secundum dia. gemma re
conciliationis dr̃ et amoris. qz si mulier a viro
suo fuerit disgressa p virtutem adamantis in
viri gratiam facilius reuocatur. Adhuc di. idẽ
q si verus adamas capiti dormiẽtis mulieris
cautius supponatur. scire poterit maritus ei9
an sit casta. nam si fuerit casta dormiendo am
plecti cogitur vi lapidis maritum suum. Si ve
ro fuerit infidelis ab eo subito resilit. et velut
lapidis presentia iam indigna subito delecto
cadit. Virtus etiam huius lapidis est vt di.
dia. q si in lacerto sinistro gestatur. valet ꝯtra
hostes ꝯtra insaniem rixas et iurgia cõtra in
cubos et fantasmata ꝯtra vana sõnia et venena

Amatistus lapis ẽ indicus qui in
ter gẽmas purpureas obtinet pn-
cipatuz. vt di. Isi. Est autem ame
tistus colore purpureo et violatõ
pmixtus quasi rosa. nitens et leuiter fundens
quosdam flammulas et emittentes (Isido)
alterum eius genus descendit ad iacinctũ nõ
ex toto igneum. sed vini colorem habens. Et
sunt species eius quinq; secundum Isidorũ
Sed vt dicit dia. purpureus nobilior est et a-
lijs vtilior. Nam virtus eius ꝯtra ebrietatem
est et facit vigilem et malam repellit cogitatio
nem et bonum ꝯfert intellectuz. et inest ei mol
licies ad sculpandum.

Achades est gemma nigra habens
albas venas et dicit achades a flu
mine eiusdem nominis existentis
in sicilia. iuxta quem gemma pmi
tus est inuẽta (vt di. Isid.) modo autẽ in plu
ribus regionibus inuenitur. Est em̃ quoddaz
genus creticum (vt dicit dia.) cum venis ceru
leis aliud genus est indicum varium cuz gut-
tis sanguineis. primum enim genus vt dicit
Isi. credit valere magicis artibus. Nam cum
ipsa tẽpestates auertunt. sistunt flumina sicut
dicunt idem. Item genus etiam vtile est secũ-
dum dia. ad regum fortunas et simulacra mõ
stranda somniorum. Creticum autẽ genus mu
tat pericula. gratum facit et placentẽ et persua
sorem et facundum et vires ꝯfert. Tertiuz ge
nus scz indicum visum fouet ꝯtra sitim p-
dest contra venenum valet et accessio ei9 odo-
rifera est. vt di. dia.

Abeston archadie. est lapis ferrei
coloris ab igne nomẽ sortitus eo
q semel accensus nunq; extinguit
de quo fabricatum ẽ quid mecha-
nicum. de quo gentiles capti sacrilegio. mira
bãtur. In quodã tẽplo em̃ veneris erat factũ
candelabrum. in quo erat lucerna sic ardens.
vt nulla tempestate nullo imbre extingui po-
sset vt dicit. Isi. li. xvi. c. de lapidibus.

Absictos est gemma nigra põde-
rosa distincta venis rubentibus.
hec calefacta igni septem diebus
colorem tenet. vt dicit Isidorius.
de gemmis nigris.

Alabandina est gemma dicta ab
alabanda regione asie. cui9 color
similis est calcedonio sz rarior. vt
di. Isido. secundum dia. autẽ ala-
bandia est gemma clara et subrufa. vt cardi9
cuius virt9 est sanguinẽ ꝓuocare et augmẽtare

Argiritis ẽ gemma argento simi-
lis habens stigmata aurea cui si-
milis est in calore ãdromaia. Est
em̃ lapis cuius color est argente9
vt di. Isi. cuius est forma quadrangula sicut
thessi. et fortitudo sicut adamanti. hoc putant
magi nomen impositum ab eo q animorum
impetus vel iracundias credit refrenare. vt d.
Isido in. c. de gemmis aureis.

Astrion est gemma indica cristal
lo ꝓpinqua. in cui9 cẽtro lucet stel
la. fulgore lune plene. Sic autẽ dr̃
ab astris. eo q eis opposita fulgo
rem rapit. vt di. Isido. c. de cristallis

Alectorius est lapis qui inuenitur
in ventriculis gallinaceis cristallo
obscuro similis. cui9 vltima mag-
nitudo est ad fabe quantitatẽ. hic
in certamine secũdũ magis credit reddere ho-
mines insuperabiles et inuictos. vt dicit in la
pidario. De hac gemma dicit dia. alectorius
lapis excitat venerem gratum facit et ꝯstantez
ac victorem discretum et oratorem amicos re-
format et reprimit in ore sitim.

Asterides est gemma candida in-
clusam continens lucem sicut stel-
lam intus ambulantem. redditq;
solis radios candidantes.

Amatistes est lapis vł gēma a qua si vestis fuerit contacta cōtra ignē resistit. et si igni imponat nō ardebit. sed splendore accepto nitidior apparebit. ⁊ est similis allumini sassili omnib⁹ magorum maleficijs obuians et resistens. vt dicit. Isido. li. xv.

Bitumē terre est gleba limosa ⁊ viscosa in locis precipue palustribus generata. Est autem secūdū Isi. li. xvi. c. ij. quedaz terra glutinosa que iuxta locum alphalti in iudea reperitur/ cu⁹ natura est ardens et ignium cognata/ et est tante tenacitatis q̄ nec aqua nec ferro corrumpit sed solū sanguine menstruali. Est aūt vtił ad nauium cōpaginationem. de hoc bitumine dr̄ in plateareo asphacum id est bitumen iudaicum est calidum et siccū in tercio gradu ⁊ est terra nigri coloris et ponderosa et fetida. et ē terra (vt dicunt aliqui) de spuma maris mortui generata/ et ad modum terre indurata. Habz aūt virtutē attrahendi/ cōsolidandi et cōsumēdi. et multum valet ad vlcera et vulnera cōsolidanda. si puluerizetur et sicco vulneri apponatur/ et si vulnus fuerit multum longum ⁊ latum. Valet etiam ad passiones matricis spūalia opprimentis. si ponatur sup carbones/ et fumus eius qui est fetidus sup os et nares contrahatur. Valet insup fleumaticis/ sōnolenticis/ et litargicis q2 fleuma de capite multum purgat. vt. d. pla.

Berillus ē lapis īdic⁹ viriditate silis smaragdo. sed tū pallore pollit ab īndis in sex angulas formas/ vt coloris ebetudo repercussione angulorum excitetur. aliter aūt pollitus non habet fulgorem. Genera autem eius sunt decem. vt dicit Isido. in. c. de viridibus gēmis. vbi etiam statim subdit crisoberillus species. scz est berilli cuius pallida viriditas in aureū colorem resplendet. et hunc etiam india mittit nobis. Berilli virtutes describit dia. dicens. Inter berillos qui magis pallet melior ē virtus eius contra pericula hostium et contra lites inuictum reddit et mitem/ ingenuū bonū adhibet/ valet contra vicia epatis et contra suspiria/ et eructuationes/ humidos oculos sanat. manū gestantis exurit si solis oculis opponatur/ hominem magnificat/ et amorem diligit cōiugalem.

Calculus est lapillus terre admixt⁹ rotundus atq3 durissimus purus et ex omni pte leuissimus atq3 planus. Dictus aūt est calculus eo q̄ sine molestia sui breuitate et planitie a pedibus cōculcatur cui contrarius est scrupulus lapillus scz asprimus ⁊ minutus/ qui si inter pedem et calceū inciderit valde nocet. hinc et saxa dicūtur scrupea id est aspera atq3 dura vt dicit Isi. li. xvi. c. iij.) sepe aūt calculus in corpe animalis ex calidis et viscosis humorib⁹/ nūc in vesica nūc in renibus generatur (vt. d. Constan. Quere re supra li. vij. de passionibus renū. capitu. de calculo.

Cos ē lapis sic dictus. eo q̄ ferrū ad incidendū acuat. cotis em̄ greco sermone/ incisio dr̄ (vt. d. Isi.) et ex his alie aquarie sunt/ alie oleo indigent in acuendo. sed oleum leuē/ aqua vero aciem acerrimam reddit (vt di. Isido. li. eo. c. iij. hoc aūt cotis ppriūm est q̄ in hoc q̄ acuendo alteri seruit paulatim se cōsumit vt dicit. Gregorius (puluis vero eius ab ipsius substantia resolutus cōgruit mediāte virtutem habet desiccatiuam repcussiuam et sanguinis restrictiuā vt dicit Constanti.

Calcis siue calx est lapis adustus et cuius admixtione cū arena. ⁊ aq̄ fit cementum Est autem calcis dicta viua (vt. d. Isidorus (q2 dū sit actu frigida intus in occulto feruentem habet vel continet ignem. vn̄ pfusa aqua/ statim ignis erumpit latens. Eius natura aliquod mirū habet. postq̄ em̄ arserit/ aquis incenditur quibus solet ignis extingui. oleo vero extinguitur quo solet ignis accendi vsus enim eius est fabrice necessarius. nam lapis lapidi non pōt herere fortius/ nisi calce sit coniunctus. Calcis aūt que fit ex lapide albo et duro/ melior est structur⁹ ex molli vero vtilior est in tectis (hucusq3 Isi. li. xvi. c. iij. (Calx aūt (scd'm plate.) calida est et sicca in quarto gradu/ que mixta cū oleo pustulas et vulnera putrida iuuat et incisiones bene consolidat. carnē supfluā corrodit. nec i vulnere crescere pmittit. Calx viua cū auripigmēto et aqua admodum pultis decocta. pilos cadere facit quia suo acumine poros aperit. vt dicit constantinus et platearius.

Cementum est calcis et harene cuz aqua temperata cōiunctio et mixtura q̄ ad lapides cōiungendos et pietes liniēdos et dealbādos sūme ē necessaria. in picturis et coloribus parietum primū fundamentum et precipuum est cementuz melius autem adheret pieti humefacto et maxime si fuerit de plastro siue de gypso.

Nam vt dicit Isido. calcis est cognatum. optimū aūt omnium est de lapide specularī factum cementum qui lapis translucet velut vitrum et emultum scissilis in tenues crustas. vt dicit. Isi. et est idem quod plastrum quod in greco dicitur gipsum. in teutonico speratalo nūcupatur.

Carbunculus lapis est preciosissimus sic dictus. qz vt carbo ē ignitus cuius fulgor nec nocte vincitur. lucet em̄ in tenebris adeo vt flāmas ad oculos vibret. Genera eius sunt. xij. sed pstantiores sunt qui fulgent et emittūt radios sicut ignis vt. d. Isi. li. xvi. c. xiij. (ibidē subditur) carbūculus grece antrax dr̄. gignit̄ in libia apd̄ trogoditas. Inter has. xij. spēs pcellit auctoritate qui ignei est coloris sed candida vena precinctus. cuius est pprium. qd̄ piectus in ignē velut mortuus carbo extinguitur. sed aqua pfusus exardescit. Alia est spēs carbunculi noīe landasicus a loco indie vbi inuenit̄ sic dictus in eius specie. velut intra lucidos ignes apparent quedā gutte. qūuis auree et hec gēma est pcij incōpabilis respectu aliaꝝ. Alia est spēs que lichnis appellatur a lucernaꝝ fragrantia sic dicta. et hanc gēmam remissū carbunculum dicunt. et est duplex. Una que vt purpura radiat. altera velut cocanei coloris seu ruboris. hec a sole vel a tritu digitoꝝ calefacta. paleas et cartaꝝ folia a se rapere dicit̄ sculpturis resistit si vero aliqū sculpta fuerit dum signa incera imp̄mit quasi quodā animali morsu ptē cere secum tollit (vt dicit Isi. ibidem.) ad spēm carbunculi reducatur balagius qui rubeus et p lucidus est. vt. d. dia. et dr̄ qz hec spēs carbūculi in vena saphiri inuenitur et ideo ex vicinitate saphiri. quandā nebulam ad modū fauille circa ignē balagine ɔtrahit. que circa ei⁹ supficiem se diffundit. sed hoc patet sensibiliter si diligentius contemplet̄.

Crisopassius est lapis ethiopicus quē lux celat. et pdit obscuritas. de nocte em̄ est igneus de die vero aureus ut. d. Isi. ibidem. in die em̄ quasi euanescens et fulgorem amittens q̄si auꝝ expalescit. Est aūt spēs crisopassij quē india nutrit. h crisopassi⁹ similis est prassio in colore siue porro et respergitur quibusdam guttis aureis. vt. d. in lapida.

Calcedonius est lapis pallidus hebetem p̄tendens colorē quasi medium inter berillū et iacinctū. vt dr̄ in lapi. nascitur autem apud nasomanas vt ferunt. diuino imbre. et inuenitur ad regaissum lune plene. vt dicit Isi. li. xvi. non inuenitur nisi tricolor. vt. d. lapi. omnia eius genere sculture resistunt/ calefactus paleam attrahit (isi.) hic lapis pforatus et portatus facit vincere cās valet contra illusiones demonū et virtutes cōseruat vt dicit diascorus

Crisolitus est lapis ethiopicus vt aurum lucens et vt ignis scintillans mari in colore est similis declinans ad virorem. in auro positus et in sinistro lacerto gestatus dr̄ terrere demones et fugare. Juuat contra timores nocturnos/ et melancoliā minuit aut depellit/ et ɔfortat intellectum vt. d. dia.) Crisolita quedā spēs est crisolimpbis/ cuius color de die aureus. de nocte vero igneus iudicatur. Est et alia spēs crisoliti q̄ dr̄ crisellectrus colore aureus. eius aspectus de mane pulchrior est. deinde hebetat̄ eius color/ et est ignis capacissimus. q̄ si iuxta ignem fuerit citius inflammatur. vt dicit Isi. li. xvi. c. de gemmis aureis.

Celidonius lapis est modicus tamen p̄ciosus. h⁹ due sūt spēs. s. niger et rufus. De ventre hirundinis extrahuntur. parui quidem sunt et deformes. sed in virtutibus non sunt maioribus impares. imo multis alijs sunt maiores. valet enim rufus contra lunaticā passionē et contra insaniem et antiquū languorem. facundū facit et gratum et placentem. Niger vero valet cōtra nociuos humores et febres et lotus aqua sanat oculos. hec omnia dicuntur in lapidario.

Cristallus est lapis relucens clarus et colore aquosus. creditur ꝙ sit nix vel glacies p multoꝝ annorum spacia indurata. vn̄ et nomē greca dederunt. gignitur aūt in asia et in cipro maxime in septentrionalib⁹ alpibus/ vbi in estate sol feruentissimus inuenit̄. et ideo qz annosa et diuturna est ibi glacies/ ideo speciem reddit hanc/ que cristall⁹ nomiat̄. h oppositus solis radijs/ adeo rapit flammā vt aridis fungis ignē p̄beat. vs⁹ eius ad pocula destinatus. nihil aliud opatur ꝙ frigidū facere pōt huiusq; Isi. li. xvi. c. xiij De cristallo autem di. dia. Cristallus nō vi frigoris tantū sed vi magis terrestreitatis in lapidē induratur Color aūt illius glatici ē sīlis huius virtus est ɔtra sitim et ardorem qui tritus cū melle et potatus lacte replet vbera si ex causa calida lac prius sit amissū. et sumpt⁹ in potu valet ɔtra colericā et viscerū passionem. si nō assit ɔlhparō. lapis ē luci purius. vnde literas et alia que in ea ponuntur manifestat.

Quod autem ex aqua materialiter fiat cristall⁹ dicit Grego. sup. i. eze. habet inquit aq̃ ex se su pfluitatem. sed p frigoris vehementiam in cristalli ꝯuertitur firmitatem vnde eccle. scribitur flauit ventus aquilonis congelauit cristallum ꝛc. et huius assignat aristo. rationem in li. metheo. ibi lapidea de substantijs mineralibus materialiter sunt aqua. vt. d. Ri. rufus. lapides mineralium sunt de aqua. sed quia habent de terre siccitate plus q̃ liquabilia ideo nõ congelantur solo frigore aquosa. sed etiam a terre siccitate qua pmiscetur. et qꝫ aquosum terre vitreum / q̃ndoq; sup aquã dominatur / vincit frigiditas supdicta. Ex quo pꝫ q̃ vera est ratio. gregorij. et eccle. qui dicũt q̃ ex aqua põt cristallus generari.

c Eramus est lapis cristallo similis ceruleo colore infectus. ꝛ ẽ apud germaniã. alter est hispanicus rutilans vt flamma. hi cadunt de locis tonitrui et dicuntur ꝯtra vim fulguꝝ opitulari (vt. di. Isi. ibidem. Idem in lapidario vbi dr̃ Cum tonat horrendum non fulminat igneus ether. Nubibus illisum celo cadit iste lapill⁹. Qui caste gerit hunc a fulmine nõ ferietur. Nec domus aut ville quibus affuerit lapis ille. Virtus vtriusq; est ad plia et cãs vincendas. ꝛ valent ad dulces somnos. vt dr̃ ibidem.

c Corallus nascitur in mari rubeo. ꝛ q̃ diu tegitur aquis lignũ est. ꝫ statim quando extrahitur et tangitur aere in lapidem induratur. Sunt autem rami eius sub aqua candidi et molles / et extracti cũ retibus rubescunt et lapidificantur (vt dicit Isido. c. de gẽmis rubeis (et sequitur ibidem (quanto apud nos p̃ciosa est indica margarita / tanto p̃ciosior est corallus aqud indos hunc magi dicunt resistere contra fulmen (Isidorus) Idem dicitur in lapida. Ipsius ẽ ait zoroastes mira potestas. fulmina thiphonas tempestatesq; repellit a quocũq; geratur. Est aũt duplex albus et rufus. et nunq̃ vltra semipedẽ longior inuenitur. Rufus maxime valet contra omnem fluxũ sanguinis / contra epilentiam / et contra diabolica et varia monstra mltiplicat fructus / et expedit fines et pncipia negociorum.

c Corneolus lapis est rufus et obscurus vtilis tñ est et p̃ciosus. qui in collo suspensus vel digito portatus in disceptando surgentes mitigat. Sãguis ex menbro sistit quemcunq; feruorẽ Precipue talẽ patitur si femina fluxũ. vt. d. in lapi.

d Ionisia lapis est niger vel fuscus rubentibus venis spersus vocatur aũt ita quia si aqua mixta conteratur vinum flagrat et tamen q᷑ in illo mirũ est ebrietati resistit vt dicit Isi. li. xvi.

d Iadocus lapis est pallidus lucẽs vt berillus. est aptus ad responsa a demonibus optinenda. excitat em̃ demones / et fantasmata Et si defuncto q̃s forsan applicet illum. Protinus asseritur solitas amittere vires. Nam sacer hic lapis est et que mors ille mit abhorret. sicut dr̃ in lapidario

e Es a splendore aeris est vocatum vt dicit Isi. apud antiquos enĩ anteq̃ ferri cognitus fuit vsus ere quippe prim i persãdebant terram. et belli certamina ꝑagebant tunc auꝝ et argentum reiciebant. Nunc vero aurũ in sũmo honore est. Sic voluenda etas cõmutat tempora rerum. verba sunt isi. li. xvi. Idem aũt est es et cuprũ quia vtrũq; ex eodeꝫ lapide ꝑ decoctionẽ ignis resoluitur. lapis em̃ calore resolutus in es vertitur. Job. xxviij Cõponitur aũt es siue cuprũ sicut et alia metalla ex sulphure et argento viuo. sed hoc accidit quando plus est de sulphure q̃ de argento viuo / et sulphur est terreũ nõ purum rubeum habens colorem adurentem. argentum vero viuũ mediocre nec nimis grossum / nec nimis subtile. ex tali ꝯmixtione es generatur. sicut dicit aristo. Sicut aũt di. Isi. c. de ere. Es si fuerit admixtum cum alijs metallis / colorẽ mutat pariter et virtutem. vt patꝫ in auricalco et in ere cõchio q᷑ cũ diuersis metallis est ꝯiunctum. quoddã ẽ albũ ad morẽ argẽti accedens. aliud fuscum auri speciem exp̃mẽs tercium in quo cunctoꝝ est temperies Est ꝛ aliud genus q᷑ dr̃ coronariũ / quod scꝫ ex ductili in laminas attenuatur. et felle tauri tingitur speciem auri p̃tendit in coronis histrionũ. vnde et coronariũ ẽ vocatũ. Es aũt quod ductile est et malleo ꝑducitur regulare appellatur. sed contra fusile quod tantum funditur. sꝫ quod fusile est / sub malleo fragile est. Quãdo aũt es bene purgatur et ab oibus vicijs excoq̃tur ductile efficiatur et regulare. Omne aũt es in frigore magno melius funditur. Es celerius rubiginem ꝯtrahit. nisi oleo perungatur. Itẽ inẽ omnia metalla es vocalissimũ est et maxie potestatis (hususq; Isi. li. xvi.) maxime ꝯuenitur sui tubaꝝ et timpanaꝝ ꝑpter suã sonoritatem et durabilitatem. lapis quoque bene decoctus est. maxime duriciei et compactionis.

vnde nō facile frangitur. prius em̄ rupis igne fortissimo exurit. occies aūt vel nonies comburitur antequam perfecte extrahaẜ de lapide ⁊ purgeẜ. sicut multi sepius certissime asseruerunt in loco vbi fuerunt eris purgatores. Uasa enea rubiginosa sunt ⁊ erugiosa. nisi sepi⁹ arena aspersa cōfricentur olfactu etiā ⁊ gustu sunt abbominabilia nisi cū stāgno sint linita Es etiam si sine stangno fuerit de facili vritur ⁊ crematur (vt dicit. Isid. capitulo de stanno Es vero exustū ⁊ puluerisatum (vt dr̄ in platerio) habꝫ virtutem dissoluendi cōsumendi. extenuādi ⁊ tumores noxios expurgandi vulnera sanandi calginē oculoꝝ purgat sup̄fluas carnes corrodit et vlterius crescere non permittit. vt. d. platea. et etiam diasco.

Electrum est vocatū eo ꝙ ad solis radiū auro clarius luceat et argēto. Nā sol elector dicitur. efficaci⁹ em̄ est hoc metallum omnibus metallis ⁊ nobilius. huius tria sunt genera. vnū qđ ex vna arbore fluit qđ succū dr̄ qn̄ em̄ p̄mo fluit đ arbore est liquidū gumi/ sed post induratur calore vel frigore in duriciem lapidis pspicui/ vl' cristalli. Alteꝝ genus metallū dr̄ qđ inuenitur in grecia. Habetur terciū quod fit de tribus ꝑtibus auri et vna argenti. Electꝝ vero qđ naturale est illius est nature vt in conuiuio ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat et venenum ꝓdat. Nam si infundas stridorē edit ⁊ in colores varios in modū arcus celestis se mutare subito consueuit (hucusqꝫ Isido. li. xvi. de metallis De electro autem artificiali dr̄ sup̄ eze. dum auꝝ inquit. grego. miscetur cum argento argentū ad claritatem cresciat/ auꝝ autē cum claritate argenti temperatam virtutem suam non ꝑdit. sed tantūmodo ad decorē coadmixti argenti aliquātulū expalescit Electrū etiam verū a quibusdam arpago dr̄ eo ꝙ attritu digitoꝝ accepta caloris anima folia et paleas et vestimentoꝝ fimbrias rapiat et attrahant/ sicut magnes ferrum (vt. d. Isi. li. xvi. ca. de rubris gemmis) De facili aūt quocūqꝫ modo homo voluerit recipit colorem et tincturā. vn̄ de radice curcume et cōchilio de facili inficitur. vt dicit. idem ibidem.

Ethites lapis est indicus et ꝑsicus qui in litoribus oceani infimi tā indici maris ꝙ ꝑsici inuenitur Est aūt lapis colore puniceus. sicut dr̄ in lapida. Et ē duplex. vt. d. Isi. scꝫ masculus et femia. vn̄ ⁊ bini semp in nidis aquilaꝝ inueniunẜ. necsine his parere potest aquila. ⁊ ideo aquila istos lapides seruat in nido suo. Hoꝝ mascul⁹ durus est similis galle et subrutilās. femine⁹ vero mollis ē Hi lapilli alligati cruribus parientis faciunt partus celeritatem et etiā faciūt aliquādo abbortire/ si nimis diu ibi dimittunẜ. et aliquid eradit vulue nisi cito a parientibus auferunẜ (vt. di. Isi. li. xvi. c. iiij) Hic etiā lapis more p̄gnantis aliū lapidē in se tenet clausum (vt. di. di.) et in lapi. dicitur. Continet h̄ aliū p̄gnantis more lapillū. eius virtus ē conferre sobrietatē/ auget diuitias et amorē/ ⁊ facit victorem et fauorabilē. et caducoꝝ ꝓhibet casum. Si de veneni fraude aliquis suspect⁹ fuerit/ si reus fuerit/ hic lapis sub cibo eius positus/ cibum deglutire nō p̄mittit. ꝙ si lapis subtractus fuerit/ cibum deglutire non tardabit.

Emathites ē lapis rufus ferrugineus affricus et indicus ac arabicus sic dictus. eo ꝙ cruore resolutus in colorē sanguineum mox erūpit (vt. di. Isido. Ualet contra vesice fluxum et oculorū dolores/ contra venenū/ et serpentis morsū ⁊ ventris fluxum. omnem sanguinē stringit/ et maxime muliebrē et gingiuarū. vt. d. diasco. In platea. autem dr̄ frigide esse et sicce cōplexionis. et habet virtutē ꝯstringendi fluxū sanguinis. ab emat qđ est sanguis et thites qđ ē sisto tis. vnde valet emoroicis et sanguinē vomentib⁹. ⁊ dissentericis singulare p̄sidiū est.

Elitropia gemma viridis est cum guttis puniceis venis sanguineis supsꝑsa. et sic dicta ab effectu. qꝛ si ponitur in aqua radijs solis opposita/ ebulire facit. aquā in vase positā resoluit in nebulam/ ⁊ post paululū resoluitur in guttulas pluuiales. Hec eadē etiā gemma videtur posse facere mira. Nam posita in pelui aqua clara radios solis mutat ⁊ ex aeris repercussione obumbrare videtur radiorum solarium claritatem ⁊ quendam inducere in aere sanguineum colorem ac si sol ex interpositione corporis lunaris ad solem eclipticas pati tenebras videatur. ⁊ ideo qꝛ ita videtur solis posse mutare claritatē elitropia. i. sol' auersio nūcupaẜ. ⁊ h̄ exp̄sse dicit Isido. et diasco. In lapida. dr̄. Ex re nomen habens/ est elitropia gēma Que solis radijs in aqua subiecta vaallo. Sanguineuꝫ reddit mutato lumine solem. Eclipsimqꝫ nouans terris effūdere tegit. ⁊c. Et dicit Isido. ꝙ ita manifestat incantatorum stultitiam et magorum qui in suis prodigijs gloriantur.

Illudūt eī̄ hominū aspectus in his que opā tur/sicut facit gemma supdicta de qua exēpli/ficando dicit ꝙ herba eiusdem nominis cū q̄/busdam ꝑcationibus ꝑadditis fallendo visū intuentium facit portantem hominem nō vi/deri. In multis alijs est gemma hec cōmenda bilis quia sanguinem stringit/venena tollit/nec poterit falli qui eum gesserit.

e Nidros paruus lapis est et modicus perpetuis distillat guttis nec tī̄ liquescit oīno/nec efficitur ali/quo modo minor. vñ dr̄ in lapida. Perpetui fletus lacrimis distillat enidros. Qui velut ex pleni fontis scaturigine manat. Et dr̄ ibidem. ꝙ difficile est huius reddere rationem. q2 si gut ta defluit de lapidis substātia quare nō mior efficitur vel omnino liquescit. Si vero res vel aliud ingreditur quid est ꝙ ingrediens nō re/pellit egredientem. potest tī̄ esse vt mihi vide/tur ꝙ virtus lapidis condensat in aquam ae/rem sibi vicinā ꝓpinquā etiam videtur exire de substantia lapidis quod egreditur de sub/stantia aeris circumstantis.

e Pistites est lapillus rutilans ⁊ ru bicundus q̄ ex ꝑte cordis gestat⁹ tutū seruat. cōpescit seditiones co hercet locustas et volucres steriles nebulas ac grādines a fructibus terre. et qñ opponit̄ soli ignem et radios emittit et si hunc lapidem in aquam feruentem proiecens cessat eius ebul/litio. et post modicum frigescit. vt. d. isi. ⁊ dias.

e Xcoliceros lapis est sic dictus eo ꝙ. lx. coloribus est distinctus et est puus valde. efficit oculos intu entis hominis tremulosos. et in libia apō tro goditas inuenitur talis lapis.

f Errum a feriendo est dictū. vt di/cit Isi. Sua eī̄ duritia ferit/do/mat/et cōtrit omnia genera me/tallorum. quod quidē quāuis de terra originē ꝯtrahat/durissimū tī̄ est et solidissimū. ⁊ ideo oīa alia feriendo ꝯꝑmit et dilatat. et h̄ vt. di. Isido. iuxta terre genus nomen assumpsit. et materialiter variatur. quia secundū hoc magis durum vel minus inuenitur Generatur autē ferrum (scd̄m aristo.) ex argento viuo grosso non mundo neque poroso terreo et sulphu re grosso cō ponitur/in cuius compositōe pl⁹ est de ꝑdicto sulphure q̄ de argento viuo. vñ ꝓpter dominiū frigidi et sicci et terrei ferrū fri gidum et siccū est/et valde durum est in suis ꝑ tibus et cōpactū. et q2 minus habet in se aerei aquei et humidi q̄ alia metalla. ideo ad resol uendum in igne difficile est et graue ad remol liendum. vt dicit Rich. ferramenta vero cum oleo tempare mos ē ne aque frigiditate nimi um indurentur (vt. di. Isi.) ferrū ex sagninis contactu citissime rubiginē contrahit/ et cū ei⁹ substantiam subintrauerit/vix recedit. vt. di. Isi. rubigo est ferri vicium rodens ferrū qd̄ ei accidit vel sue substantie in puritate siue ex ter re contractu et vicinitate. siue ex sanguinis si/ue cuiuslibet infecti aut humidi vaporis quali tate (et subdit idē) a ferro inquit sanguis hu manus effunditur/sed se vlciscitur ferro. q2 de nulla ita cito ꝑ rubiginem cōsumitur/sicut qñ sanguine humano mundatur. cū adamāte cō cordiam habet. vñ et adamas ipsum attrahit et ipsum attractum etiam mediante vase argē teo vel eneo ipm̄ sequit̄ q2 ei subicitur et obe/dit. si ferrū bene politum a lumine vel aceto li nitum fuerit similimū erit aeri/rubigine care/bit politum ferꝝ si cerusa vel medulla ceruina fuerit plinitum (Isido) ferrū candens si in vi no vel in lacte sepius extinctū fuerit ipm̄ vinū splenencis et alijs morbidis medicinale facit vt. d. Constan.) ferꝝ etiā vt. d. Isido. accen/sum igni nisi induretur ictibus corrumpit̄/ru bens in igne non est vtile ad medendū anteq̄ albescere incipiat vel albere. Usus ferri vtili/or est homini in pluribus q̄ vsus auri / q̄uis plus diligatur auri spēs ab auaris. sine ferro respublica tute non agitur. quia sine eius me/tu securitas ab hostibus nō habetur. ferro cō/munis iustiaa regit̄ tuetur. innocentia et imꝓ borum audacia ferri metu cohercetur. sine fer/ro nullū fere opus mechanicū vix ꝑficitur/nul lum edificium construitur/agricultura nulla/tenus exercetur. Et ideo secundum Isidorum est dictū ferrū. eo ꝙ farra id est semina ꝯdat. q2 sine ferro nec panis de terra acquirit̄ nec ēt iam parat̄. panis sine ferro congrue nō diuidi tur/vt in vsum cibi ab homine assumatur. Item ferum ferro acuitur vt dicit Salomon. Nam cōfricatione mutua hebetata ferri facies iterum attenuatur. ⁊ sic acuit̄ vt inde facilius quodlibet incidat̄. Scoria dr̄ ferri inmunditia qd̄ in igne excoquit̄ et ē sic dicta eo ꝙ de ferro violentia ignis sit excussa. vt dicit Isido.

f Errugo ē limatura ferri sicut sq̄ma Et ē illud qd̄ euolat ex ꝑcussione ferri ⁊ habet virtutem siccandi et attenuandi. et ideo valet contra opilationem splenis vomitum tamen potenter excitat in tā tū ꝙ aliqñ ducit ad mortē nisi puluerē adamāt̄ vel aq̄ in q̄ ꝑ noctē iacuerit eius violētia repri mat̄. ꝯ emoroidas dr̄ esse puluis eius optim⁹

dissenteriam et fluxum ventris stringit vt i pla tea. ferrugo etiam dicitur ferri rubigo et corrosio dicta a corrodendo dicitur tamen pprie erugo ab erodendo non ab eramento. vt. dicit Isido. manus siquidē tangentis inficit et maculam deformem post se relinquit. quanto ferrum magis purū et politum/tanto deformius et citius a rubigine defedatur et difficilius remouetur. nec de facili deponitur/nisi trib⁹ modis scȝ p ignis excoctionem vel serre/vel p lime corrosionem/vel p collisionem lapidis/et durioris arenule extersionem hoc aūt bȝ ppriū eruginis infectio ꝙ leui actione reuenitur ad locum in quo semel oritur.

g Leba est terra ex collectione pulueris in vno glomere adunata vt. d Isi. li. xvi. c. i. terra ei ligata gleba est. soluta vero puluis. indurata in glogū terra semen non recipit/et receptum erūpere i germē nō pmittit. confracta vero tegit semina atq nutrit p pluuiam remollita quandam pinguedinem in se recolligit quā ad seminū pductionem radicibus circūfundit. vt. d. Grego. Aliquādo etiā glebe naturam in se continent mineralem. et ideo ex glebis diuersarum rerū spēs pducuntur. sicut. d. Grego. sup illū locū Job. xxviij. lapides saphiri locus eius. et glebe illius aurum.

g Emma dr̄ eo ꝙ luceat ad instar gummi. vt dicit. Isi. gemme siquideȝ magnum decorem varietate colorum p̄bent auro. Ideo aūt. d. Isido. preciose quia rare sunt atq care. Omne em̄ rarū magnum et p̄ciosum vocatur sicut scriptum est. Erat sermo dei p̄ciosus id est rarus. vt dicit. Isido. nec alicui debet videri dubium aut falsum quin sua sit virtus diuinitus insita gemmis. qꝛ sicut dicitur in lapida. Ingens est herbis virtus sed maxima gemmis. quaꝝ quedā in venis terre inueniuntur/et cū metallis effodiuntur. quedā a pfundo maris euomentur. et generationis ipsaꝝ locus ignoratur. et tales gemme sepe in littoribus maris et in fluuiorū insulis repiuntur. Quedam in corporib⁹ auium et reptilium sepius pcreantur. vndecūq autem gemme venerint incredibili virtute repiuntur diuinitus insignes quando nobiles sunt et vere. Nam vt. d. Isido. c. de gēmis aureis. In quibusdam aūt gēmaꝝ generib⁹ veras a falsis discernere magna difficultas est. Nam sepe ille que sunt false et sophistice/veris videntur esse simillime ita vt vix possint vere a sophisticis depꝛehendi. qꝛ quidā (vt. d. Isi.) p smaragdo vitrum inficiunt arte et fallit oculos subdola quedam viriditatis similitudo. Sine em̄ fraude nulla mortalium vita est (isi. omnes autem non translucidas gēmas cecas solemus appellare. eo ꝙ densitate sui obscurētur (Isidorus) sepe falluntur sic iudicantes. qꝛ plus virtutis sepius latet in puulo adamāte ferrugineo et obscuro ꝙ in cristallo lucidissimo vel berillo.

g Agates est lapis rudis et tamen p̄ciosus qui p̄mo in cicilia et gagā/te flumine est repertus fluore fluminis ad ripam tractus. vnde et nominatus. quamuis in britania sit plurimus et eximius. vt. d. Isidorus. Est aūt duplex glaucus scȝ et inger niger autem ē planus leuis et facile cōbustibilis igni appositus fere sicut thus incensus aūt odore suo serpentes fugat. demoniacos pdit et demonibus contrarius esse putatur. virginitatem pdit. quia aqua eius bibita/si bibens est virgo non vrinabit. si non est virgo statim vrinam emittet etiam contra voluntatem. vt dicit dia. et sic virginitas p lapidē expitur. vt d. auctores. Item idem lapis tā niger ꝙ glaucus attrita digitoꝝ calefactus paleas leues. sibi appositas attrahere consueuit. potat⁹ autem confert hidropicis qꝛ nociuū cōsumit humorem. et dicitur cōfortare epar sua forsan siccitate et etiam occulta qualitate. Item puluis eius appositus/dentes roborat debiles et laxatos. Item multū dr̄ valere contra fantasmata et nocturnas demonū vexationes. Itē eius subfumigatio puocat menstrua quando casu aliquo sunt ablata. Item dr̄ sedare dolores ventris quando stomachus patitur casu aliquo subuersionem. Item iuuat p̄stigias ⁊ carmina dura resoluit. vt dr̄ in lapida. Item valde accelerat partum et adiuuat parientem. vt dicitur in lapi. vnde si lapis tam grossus ⁊ rudis tam mirabilia opatur. nullus ppter exteriorem faciem vilipendendus est ꝙ diu virtus latens interius ignoratur. De hoc aūt lapide. d. Isi. in aqua accenditur. in oleo vero extinguitur/quod est mirum.

g Alectides est lapis colore cineris gustu suauis. qui si attritus fuerit quoddam lacteum de se emittit (vt dicit Isido. hic lapis in ore clausus turbat mentem/circūdatus collo vbera lacte replet. alligatus femori dat faciles partus. mixtus aqua et sale si circūspergatur ouile/oues replēt lacte et scabies fugatur ab eis. vt dicit diascorus.

g Alatia gemma est candida/hn̄s speciem grandinis in figura et est

mire frigiditatis q̄ nunq̄ ab igne calefit. di/
cunt Isido. et Diasco.

b Exaciden lapis est niger. sed supe rat virtute colorem casu prius ab luto. siquis gestauerit ore dicere mox poterit quid de se cogitat al/ ter (sicut dicitur in lapida) dilectum reddit et amabilem eum super quem est. Sicq̄ p̄bat virtus eius. Nam si inunctum fuerit corpus alicuius melle et muscis expositum relinquūt eum musce si presens fuerit iste lapis. sed si la pidem subtraxerit suggent corpus eius et cor rumpent.

i Aspis gemma est viridis smarag do similis. sed grossioris simpli/ citer est coloris. Eius species sunt xvij. vt d. Isido.) Nam ias viri/ de /pinnalium gemma dicitur: quāuis autē eius color p̄cipuus sit viridis. tamen multos habet alios intermixtos. Eius virtus est rep merc febres ⁊ hidropisim in his qui gestāt ip/ sum caste. Juuat etiam parturientē. fugat fan tasmata et inter pericula facit hominem tutū interiorem refrigerat ardorem. fluentem cōpe scit sanguinem ⁊ sudorem. luxuriam cohibet ⁊ impedit conceptū. menstruū restringit et emo roides si puluerizetur datus cum lacte. vlcera inueterata sanat. sordes oculoꝝ purgat et vi/ sum acuit ⁊ confortat. maleficijs et incantatio nibus resistit. efficacior est in argento q̄ in au ro. In capite aspidis inuenitur lapillus ia/ spidi similis qui mire creditur esse efficacie et virtutis. ⁊ ideo quidam iaspidem quasi aspi/ dem dictum esse credunt. Tot aūt creditur ha bere virtutes quot habet diuersas venulas et colores. vt d. dia. in montibus sicie inuenitur optimus et a griffonibus custoditur. queād/ modum smaragdus. vt d. Isido.

i Jacinctus lapis est ceruleus. ⁊ sa/ phirei coloris. aliquantulum est p̄pinquus ex colore suo nomē ha bens (vt dicit Isido.) lapis iaci ctus quidem qui in ethiopia est inuentus op/ timus est qui nec nimis clarus nec etiam nimi um est obscurus vel obtusus. sed ex vtrusq̄ temperamento mediocriter est refulgens (Isi dorus) hic non rutilat equaliter. sereno enim gratus ⁊ perspicuus. in nubilo coram oculis est marcidus ⁊ obtusus (Isidorus) in os mis sus sentitur frigidus. ad sculpandum est du/ rissimus. non tamē est inuictus. quia enim ab adamante scribitur ⁊ signatur. vt dicit Isido. libro. xvi. scd̄m dia. Jacinctus lapis est nunc colore ceruleus /nunc rufus /nunc purpureus siue venetus. ⁊ sunt tres species. Nā sunt grā nati. citrini: ⁊ veneti. Sed inter istos granati. id est blauij sunt meliores. Item lapis mira/ bilis est. quia aeri maxime se conformat. vt in nubilo sit nubilus ⁊ in sereno sit serenus. Isti us lapidis est virtus singularis /scd̄m aucto/ res q̄ confert leticiam ⁊ ꝯtrariatur melancolice qualitati. confortatiue est virtutis. Sicut de eius speciebus dicitur. Cōfortatiue cuncti vir tutis habentur. tristiciamq̄ fugant/ ⁊ vanas suspiciones. resistit etiam diuersis pestilentijs que solent in aere sepius generari. vigorē eti am dat membris. vegetat neruos/ ⁊ dulcem ac salutiferum dat saporem (vt d. dia.) maxi me si similis est saphiro. quia scd̄m omēs qui de gemmis tractant/ tanto in suis effectibus est efficacior/ quanto plus in colore ⁊ substan tia saphiro appropinquat. ⁊ talis iacinctus veneno obuiat ⁊ coxito contrariatur. Diasco. ei etiam quedam assimilatur herba eiusdem no/ minis in colore et in multis est ei par quāuis non per omnia in colorē. sicut d. Isido.

Iris ē lapis exagonus. id est hixā gulus. vt di. Isid. qui p̄mo in ara bia iuxta mare rubrum est inuen/ tus. nunc autem in pluribus locis innenitur. s. in germania ⁊ in hibernia ⁊ in mul tis regionibus aquilonis. Est autem in colo/ re perspicuus cristallo similis. vt di. Isido. et dicitur iris per similitudinem arcbus celestis qui ꝑcusso sole sub tecto species ⁊ colores ar/ chus celestis in p̄ximos parietes oppositos representat. vt d. Isido. easdem creditur habe re virtutes quas et berillus. nisi quia tante nō inuenitur quantitatis. vt d. dia. Insup hic la pis. vt fertur. cooꝑatur parieti vel vt citius pa riat/ vel saltem vt dolorem partus facilius su stineat/ ⁊ non tantum de piculo p̄timescat.

i Ena est gemma que in oculis ie/ ne beste inuenitur. que si sub lin gua hominis fuerit subdita ipm̄ dicitur precedere plurima futura. vt dicit Isido. ⁊ lapida.

k Auma lapis est colore nunc alb⁹ nunc subniger / nunc subrubicun dus /nūc sub varijs coloribus di stinctus. Est aūt sic dictus a kau/ matis. quod est idem qd̄ incendiū. Nam in locis sulphureis ⁊ calidis inuenit̄. cuius vir/ tus ƀm dia. ē curare hidropisim. diuersis ima ginibus et figuris sculpitur et pollitur.

k Abiates est lapis trāslucidus cri/ stallo similis /qui creditur dare e/ loquentiā. honorē et gratiam. et

defendit a noxijs et venenosis. et curat tumorem epatis et splenis. vt dicit dia.

Alcophanus est niger lapillus co
k lore depictus. qui gestatus in ore dicitur clarificare vocem et defendere a raucedine fauces. vt dicitur in lapida.

Igurius lapis est in colore electro
l similis. dictus vt dicit Isidorus a lince bestia cuius vrina inter areuulas generatur. virtus eius est paleas attrahere. valet contra dolorem stomachi. et stringit fluxum ventris perturbati. valet ictericis et discoloratus. quia perditum colorem restituit. vt dicit diasco.

Ipparea est gemma de sitticis partibus veniens. cuius proprietas
l est quod omne genus ferarum ad ipsius presentiam properat et ipsum intuetur. vnde venatores feras quas canum cursu capere non possunt. solius lipparie aspectu ad se ducunt. sicut dicitur in lapida.

Margarita omnium gemmarum candi
m darum est precipua. vt d. Isi. que inde margarite nomine est vocata quia in conchis maris hoc genus lapidis inuenitur. Nascitur in carne conchee sicut in piscium cerebro lapilli aliquando inueniuntur. gignitur ex celesti rore quem certo tempore anni conchee hauriunt. ex quibus margaritis quedam vniones nuncupantur habentes aptum nomen. eo quod tantum vnus et nunquam duo vel plures simul reperiuntur. Sunt autem meliores margarite candide quam que flauescunt. Illas autem aut iuuentus aut matutini roris conceptio reddit obscuras (hucusque Isi. li. xvi.) Inueniuntur autem quedam perforate naturaliter. et ille sunt alijs meliores. quedam autem perforantur arte vt di. plate. Sunt autem eligende que albe: clare. speculares. et rotunde. habent autem virtutem confortatiuam vel a tota specie. vt dicunt quidam. vel quia specialitate quadam asperguntur. membra a superfluis humoribus purgant eo quod constringendo et coartanda confortant. valet contra cardiacam passionem et sincopim cordis et contra debilitatem que prouenit ex fluxu medicine. valent etiam contra fluxum sanguinis et fluxum ventris (vt dicit plate. Dicitur autem in lapida quod cum margarite generentur ex rore quod quanto rorantis plus fuerit aeris austri. tanto maiorem gignit roratio gemmam. nam vltra tamen semiuncem crescere nulla putatur. Dicitur etiam ibidem quod si illo tempore quo ex hausto roris incipit gemma generari si superueniet coruscatio vel tonitrus ex subita fortitudine clauditur concha. et sic pariter abhortiuum. Ab india autem et ab antiqua britannia nobiliores margarite transmittuntur. vt dicitur ibidem.

Agnes lapis est indicus ferrugi
m nei coloris. in india apud trogoditas inuenitur. ferrum trahit. adeo enim (vt dicit Isidodorus) vt cathenam faciat annulorum. inde eum vulgus ferrum viuum appellat. liquidum vitrum creditur trahere sicut ferrum. Cuius tanta vis est. vt refert aug.) quod si quis eundem magnetem tenuerit sub vase vel aureo vel eneo ferrumque desuper posuerit ex motu lapidis subtus ferrum desuper mouebitur (Et sequitur ibidem) vnde factum est in quodam templo simulacrum de de ferro quod in aere pendere videtur. Est enim alia species magnetis in ethiopia que ferrum respuit et a se fugat. idem etiam magnes aliquando vno angulo ferrum trahit. et in alio a se repellit. magnes autem tanto est melior quanto cerulior. hucusque Isido. Secundum diasco. vero et lapida. reconciliat maritos vxoribus auget gratiam et decorem in sermone. Item cum mulsa curat idropsim et splenem. allopitiam et arsuram. puluis eius aspersus per quatuor angulos domus super carbones existentibus in domo videbitur subito domus ruere ex vertigine cerebri et ex commotione. magnes etiam sicut et adamas capiti caste mulieris suppositus cogit eam subito amplecti virum suum. sed si adultera fuerit subito a lecto se mouebit timore fantasie. hoc lapide maxime vtuntur magi Secundum platea. lapis magnes calidus est et siccus in tercio gradu. virtutem habet attrahendi ferrum. montes enim sunt ex huiusmodi lapidibus. vnde naues ferro compactas attrahunt et dissoluunt. vnde precipue valet vulneratis puluis eius confectus cum appostolicon appositus vulneri. ferrum enim attrahit. puluis etiam magnetis in quantitate duorum dragmatum cum succo femi valet contra idroposim et splenem et allopiciam. vt dicit auicenna.

Electros est lapis dictus eo quod dul
m cem et melleum emittit succum. vt dicit Isido. et est bicolor scilicet viridis in vna parte et melli similis in alia.

Enophitis est lapis a loco egyp
m ti sic dictus. gemma talis est nature. vt dicit Isido. quod tritus ac super loca que vrenda sunt vel secanda positus vel cum aceto linitus. ita facit obstupescere corpus quod non sentiat cruciatum.

Irites est gemma sic dicta eo q̄ mir
m re in colore similis est qui op pres/
sus spirat odorem sicut nardus.

Edus est gemma vel lapis precio
m sus in medorum regione repertus.
qui quandoq̄ est viridis coloris
quandoq̄ nigri. vt dicit dia. virt⁹
huius est contra cecitatem oculorum. sanat po
dogram si cum lacte mulieris masculū pertu/
rientis temperetur simili modo valet cōtra do
lorem renum et freneticam passionē Si vero
lapis niger resoluitur per cotem ꝛ in aq̄ calida
et alicui de illa aq̄ ad bibēdū inficiat et vomi
tu et stomachi subuersione. Si vero frons inde
lauetur mirabiliter excoriatur et ledit visum ꝛ
aufert omnino. vt di. in lapi.

Elocites gemma est viridis smar/
m gdo simil. spissioris tamen et gros/
sioris est viroris q̄ smaragd⁹. vn̄
et a calore malue nomen accepit (
vt di. Isido.) Et nascitur in arabia. Est autē
substantia valde mollis et tamen valde vtilis
quia sicut di. diasco. virtute sua custodit a no/
ciuis casibus.

Armor greco sermone a viriditate
m vocatur (vt dicit. isido.) Sūt aūt
marmora. vt dicit idem. lapis exi/
mij que maculis et coloribus cō/
mendantur. Nam marmorum genera infinita
sunt. non tamē omnia a rupibus inciduntur. sꝫ
multa sub t̄ra sparsa sūt vt. marmor lacedemo
nium viride et preciosum. similiter et marmor
ophites quod maculis serpentum simile est.
vnde et vocabulum sumpsit. cui⁹ duo sunt ge
nera. molle ac candidum nigrum durū. Mar/
mor purpurites ex egypto est rubeum candi/
dis interuenientibus punctis. et vocatur pur/
purites eo q̄ rubeat vt purpura. Sunt et alia
multa genera vt alabastrum et per linum. de
qua infra dicetur. Est aliud genus scilicꝫ cora
liticum in asia repertum non habens vltra du
os cubitos in mensura. et est candidum fere
sicut ebur. tamen habens quasdam maculas
quadam proportione nigras Est et therebai/
cum tinctum aureis guttis et inuenitur in p̄te
egyptiorum naturaliter aptū. vt super illō col
lumna terantur Sunt et alia genera que in ostici
nis rupibus gignuntur. Et marmor corinthiō
gutte. aromatice similimū est ex quo columne i
gentes fiunt lamina atq̄ turres. Est et caristrū
viride et optimū nomen habens ab aspectu
eo q̄ gratū sit his qui gemmas sculpunt. hui⁹
enī viriditas reficiat oculos. Est ꝛ numidicū qd̄
numidia mittit quod fabricatum simile croco
sucum reddit. vn̄ et nomen accepit. Sunt et
alie multe marmorū diuersitates de quibus
exemplificat Isido. li. xvi. Sed hec ad p̄sēs
sufficiant. Marmor itaq̄ alijs lapidibus est
solidus fortius, pulchrius, et vtilius. in cuius
venis diuersarū gemmarū materia inuenitur.
propter soliditatem sui difficilime sculpitur et
politur. ꝑpter sui frigiditatem et soliditatem
ad species et vnguenta aromatica custodiēda
vtilimum inuenitur. Super omnia autem ad
mirari possumus q̄ marmorei lapides nec
calibe, nec ferro, nec etiam serra, vel malleo ꝑ
potentiam aliquā edomantur. sicut per lami
nam plumbeam asseribus mollissimis inter/
sertam. plumbo enim et nō ferro lapides mar/
morei diuiduntur et separantur. tanq̄ asseres et
equantur.

Itrum est secundū diasco. lapis su
balbidus scissilis et perspicuus
cuius virtus est dissolutiua, attra
ctiua, et abstersiua, et humoris su
perflui consumptiua. De nitro autem di. Is. li.
xvi. c. ij. nitrum a regione nitrea egypti est di/
ctū. ex quo medicine fiunt et sordes corporum
ac vestium abluuntur. Huius natura nō mul/
tum a sale distat. habet enim naturā salis et si
militer oritur canescentibus siccitate littorib⁹
cuius spuma affronitum nuncupatur et colli/
gitur distillans in partibus asie in speluncis
deinde solis calore dissiccatur. et optimum qd̄
sic siccatum est minime ponderosum est. vt di.
isi. Secundum pla. autem nitrum est vena ter
re et est calidum, siccum, leue, et rubeum vl' al
bum, vel citrinum. gustu est amarum acidum
et subsalsum, pinguedinē extenuat si ore sit ac
ceptum. humores viscosos consumit. puluis
eis in melle confectus faciem clarificat, mundi
ficat saniem stomachi et intestinorum ex apostē
mate procedentem. pediculos et saniem capi
tis detergit, vermes aurium interficiat, et corꝑ
insaniem mundissime extergit cum aceto, spu
ma eius corrosionibus subuenit hidropicas
opitulatis, cum melle mixta caliginem oculo/
rum detergit venenum mortificat et excludit,
paralisim etiam ligue potenter ꝓhibet. secūdū
Item consideratur arborum diuersitas sicut et plantarum ex loci diuersitate in quo crescũt Nam quedam in locis aridis crescunt ꝛ siccis et ille sunt minoris quantitatis propter defectum humoris. Quedam vero in locis humidis fluuialibus et maritimis ac stagnosis/ et tales solent esse maioris quantitatis. tamen illæ que crescunt iuxta ripas mariũ salsarum salsa nõ multũ crescũt ꝑpter abundantiã harenaꝝ ꝛ humoris attractiuã nimiã siccitaté. Iuxta tamen mare rubrum fallit hoc. vt dicit Aristote. vbi arbores fiunt magne. ꝛ hoc vt dicit Albu. ꝑpter abundantiam humoris et caloris. Item attenditur diuersitas in foliorum et florum variatione. nam quedam habent folia aspera scilicet ꝑpter dominiũ terrestreitatis ꝛ siccitatis et quedam lenia/ ꝑpter equalitatẽ aquee humiditatis/ ꝛ proportionem debitã caliditatis. folia etiã habent quedam scissa et tamen lata vt vitis. hoc accidit ꝑpter dominium terrestreitatis et priuationem viscositatis et inequalitatem caloris materiam inequalit᷑ extendentis. quia in talibus humor scilicet vnctuosus et viscosus transit in materiam fructuum. aquosus vero et terrestris in materiam transit foliorum (vt dicit albu. Item variant᷑ arbores et plante in extremitatum partium suarum varia figuratione. Nam quarundã extremitates sunt piramidales et acute. vt patʒ in spinosis/ in quibus calor subtiliorem hũorem velocius attrahit ad exteriora/ et illum desiccando conuertit in acutũ. grossiorem vero partem cõiungit cum stipite et radice (vt dicit albuma.) cõtrarie autem figure ex causa ꝯtraria generantur. Et hoc idem patet in fructib⁹ qui (vt dicit Aristo.) sunt diuersorum modorum. non enim sunt omnes angulosi. id est figure angularis. neq͡ omnes super rectam lineam sunt protensi/ imo quidam sunt circulares propter equalem materiam humoris/ et equalem actionem virtutis agentis et caloris/ per quam materie partes equaliter extendunt᷑. et a medio vsq͡ ad circũferentiã vniformiter ꝑtenduntur. angulares vero ex causa contraria simpliciter oriuntur. Item variantur in coloratione diuersa. nam tam fructus ꝙ flores/ tam rami ꝙ stipites in arboribus variantur (vt dicit Aristo.) ex humore eñ frigido terre siue melãcolico nigrescunt et vilescũt/ ex humido ꝛ frigido albescunt. ex calido rubescũt/ ꝛ sic de alijs. (d. albu. sub tali eñ differentia dñantis hũoris et agentis caloris sustantiam digerentis/ in predictis omnibus sapoꝝ differentie generantur. Item differunt tam arbores ꝙ plãte in fructuum maturatione. nam quedam maturescunt citius. vt dicit Aristo. sicut mora/ cerusa/ ꝛ ꝯsimilia. et hoc accidit ꝑpter sufficientiam caloris potentis super humidis maturãdis et digerendis et obedientiam humoris actioni caloris nullatenus resistentis. quedam maturos habent fructus tardius ꝑpter grossitiem humoris aquosi inobedientis et insufficientiam caloris digerentis. et hoc accidit potissime in arboribus que sunt siluestres. Eadẽ est ratio quare quedam arbores citius frondescunt. quadam tardius. cito eñ emittunt folia ꝑpter abundantiam humoris aquei indigesti nõ vnctuosi sed fluuidi. et de facili se extendentis ad arboris siue plante extremitates et ex contraria causa contrariũ accidere ꝯsueuit.

Arbor aromatica aliquando habet aroma in cortice. aliquando in flore. aliqñ in fructu suo. vt patet in cinamomo qđ est cortex. in mace. qđ ẽ flos. ꝛ in muscata quod est fructus. Est autem causa aromatis (vt dicit albu.) siccum terre non subtile cõmixtum subtili aqueo ꝛ secundũ eius dominiũ magis in vna parte arboris ꝙ in alia est vna pars magis aromatica ꝙ alia. Alia vero arbor est tota aromatica scđm omnes partes sui vt arbores balsami cuius singule partes sunt odoris flagrantiam respirantes. vt post dicetur. Inter aromaticas vero plantas et arbores quedam grana in quibus est ratio seminalis ꝓcreantur. quedã per se ex cõpetenti cõmixtione elementoꝝ ꝓducantur. quedam ex radicis et stipitis plantatione multiplicantur et qeudam per incisionem surculi in trunco esse debitum sortiuntur (vt dicit albuma) Inter omnes arborum insertiones ille sunt magis laudabiles/ quando similia similib⁹ inserunt᷑. vt dicit Aristoteles. ꝙ duplex est intellectus. vel sic dupliciter intelligitur vel plantis consimilis speciei vt insertio fiat in ficum. et vitis in vitem. vel de illis qui habent humorem proportionalem inter surculum et truncum/ cui inseritur/ ita ꝙ humor vnius sit aptus ad alium nutriendum sicut quando surculus piri in mali trunco inseritur vel econuerso. Item notabile est ꝙ surculus insertus alicui trunco totam virtutem trunci in suam virtutem conuertit et transmutat qualitatem. si enim fiet insertio oliue super radicem siue trũcum bete. virtus oliue descendit in virtutem bete. et indurat eam et facit eam indurare ad aliquod tempus et tandem humiditatem sibi exeuntẽ ad se attrahit ꝛ trãsmutat in suam similitudinẽ aut ꝯuertit. vt d. alb. sup finẽ pmi libri

Item dicit idem nõ pueniũt de facili ex semine malo plante bone. nec ex bono semine vel radice arbores male q̃uis in animalibus contrarium sepius videatur. cuius ratio est. vt dicit albu. quia plãta est terre affixa ꝛ vniforme recipit a terra nutrimentũ. animalia vero non sic ppter varietatem cõplexionũ/ ꝛ etiã ppter cõtrarietatem appetitus siue appetibilis voluntatis. ꝛ ideo aliud est in animalibus aliud in arboribus. Item in omni genere arborũ sic est q per culturam debitam siluestres cõuertunt in ortenses. Et ponit Aristo. ibi exemplum q amigdali amari per culturam efficiuntur dulces. similit et malagranati acidi mediocres. Dicunt etiã q arbor habens grossum corticem cito fit subtilis/ ꝛ hoc accidit/ vel ppter defectũ vnctuosi humoris qui est materia fructuum vel ppter duritiem corticis phibentis euaporationẽ grossi quod in arbore est nociuum. sed dicit idem q si scindat radix eius et illi scissure lapis imitatur rursum fecunda fiet cuius ratio est (vt dicit albertus) qꝛ per istam scissuram fit nociui grossi euaporatio/ ꝛ caloris solis vel aeris circũstantis introductio cuius virtute fit ipsius humoris corruptiui consumptio. Itez dicitur ibidem amigdala ꝛ malagranata mutantur a malicia per culturam. nam malagranata stercore porcino fimata et aqua dulci rigata meliorant. cuius ratio est. vt dicit albu. quia per caliditatem ꝛ sicatatem huius fimi superfluitas aquosa reprimitur in granatis. sed ne per excessum caliditatis et siccitatis fimi/ cõuertantur fructus in amaritudinem/ cõpetit apponere aquam dulcem caloris et sicatatis dñium tpantem. Similiter amigdali (vt dicitur ibidem. clauis confixe gummi per multũ tempus emittũt ꝛ aquosaꝫ supfluitatẽ impedientẽ generationẽ humoris vnctuosi/ qui est materia fructuum eiciunt. ꝛ ita p hoc a sua malicia alterantur (vt dicit albu.) Itez ibidem arbores et plante siluestres per artificium et culturam fiunt ortenses fructificatiue et fertiles. ad hoc autem vt siluestris planta fiet fructifera vel alteretur in bonitatem a malicia/ multum confert locus et labor in colendo ꝛ maxime tempus anni in quo plantant. sicut ibi dicit Aristo. ꝛ ponit exemplum de boleno. id est iusquiamo. quia quod est natũ in persia est pernitiosum. sed transmutatũ et transplantatum in egyptum et hierusalem fit comestibile. ꝛ hoc accidit. vt dicit albu. quia per tpamẽtum loci a distempantia ad medium reuocatur. Item tpus tali transmutationi maxime cooperatur. Nam vt dicit aristo. arbores que indigent plantatiõe plantant pluries in vere. ꝛ hoc ppter tempantiam caloris ꝛ humiditatis confortantium caliditatem ꝛ humiditatem arborum et plantaꝝ. In hieme vero pauce ppter superabundantiã frigiditatis ꝛ humiditatis sed in autumno ppter frigiditatem ꝛ siccitatẽ paucissime vero in estate post ortum stelle canicule ꝛ hoc ppter dominiũ caloris ꝛ siccitatis cõsumentiũ humidũ naturale in planta et pcipue in radice. in egypto vero semel in anno fit plantatio quãdo scilicet terre illius siccitas temperatur ex fluxu nili. vt d. Aristote. ꝛ albu. Item ibidem dicitur q arbores diuersimode pducunt frondes suas. Nam quedam ex radice/ quedam ex stipite/ quedam iuxta terram quedam in ramis ꝛ virgis iuxta sũmitatem/ q̃dam in medio causa huius diuersitatis in pducendo est diuersitas humoris aquosi subtilis/ leuis et non vnctuosi que est materia filiorum et equaliter non abundant in omnibus. ꝛ operatio caloris est dissimilis in diuersis. ꝛ ideo dissimiliter ex illo humore pducunt frondes. Similiter quedã fructificant semel in anno/ et quedam pluries. ꝛ non maturantur fructus vltimi/ sed crudi remanẽt et indigesti/ qꝛ ppter viciniitatem hiemis calor nõ sufficit ad maturandũ. semel autem fructificare perfecte magis est consuetum. quia semel in anno semen colligunt. et semel sufficit calor ad extensionem humoris ꝛ ad extremitates arboris et ad conuersionem eius in substantiam fructus ꝛ eius completam maturationẽ. Item quedã arbores sunt fertiles per multa tempora/ propter abundantiam caliditatis ꝛ humoris vnctiuosi sicut ficus. et quedam vno anno fructificant ꝛ alio requiescunt vt oliue. cuius ratio est quia in sequenti anno reficiuntur restaurando sibi humorem. tantum em̃ emittunt in vno anno ad substantiam fructus/ quantũ requirit secundus annus ad humoris restaurationem licet multos producunt ramos tempore refectionis. modicum tamen temporis producũt fructum. Item quedam arbores sunt fertiliores in iuuentute quam senectute. quia in iuuẽtute plus abundant in calore et humore. quedam vero econuerso plus fructificant in senectute q̃ in iuuentute. cuius ratio est (vt di. albu.) quia in iuuentute plus abũdant de humiditate q̃ naturalis calor possit digerere/ ꝛ ita fit inobediens calori in senectute vero minoratur humor et fit obediens digestioni caloris ꝛ hoc patet in amigdalis ꝛ piris. sicut exemplifica ibi Aristo. Item dicit Aristo. q tam

arborum q̄ plantarum siluestrium ⁊ ortensiū diuersitas discernitur per masculos et femias quia arborum masculus est spissior durior dē sior et ramosior q̄ femina et siccior et fructus eius est breuior ⁊ maturior ⁊ folia diuersa et surculi/quorum omniū ratio est (vt dicit al.) quia mascule arbores plus abundant in calore et siccitate q̄ femine. que partes mascule vehementer cōstringuntur ad inuicem ⁊ faciunt arborem spissiorem. Intensio enī caloris multiplicantis hūorem et extendentis in plures partes facit ramosiorē. sicut ⁊ intensio siccitatis consumentis humorē efficit sicciorem. soliditas enim etiam et strictura venarum arboris mascule ꝓhibent humorē multum emitti ad vnum locum arboris siue plante/vt ꝯuertatur in substantiam fructus. ⁊ ideo fructū habet breuiorem. Folia similiter habet diuersa a femina/quia asperiora et minora ac strictiora propter dominiū siccitatis. Similiter ⁊ surculos duriores habet q̄ femina ⁊ hoc propter maiorem humiditatem extendentem in femina q̄ in mascula. Item dicit Aristo. q̄ si folia vel puluis foliorum vel cortex mascule palme foliis femine componantur vt cohereant citiꝰ maturabuntur fructus. femine prohibebunt casum foliorum et fructus donec completa fuerit digestio. et huius ratio est (vt dicit albu.) quia mascula palam mediante aere deferente auget calorem femine quo mediāte excitat calorem ad operandum digestionis quaʒ aristote. pepennis vocat in. x. li. metheo. Item dicit aristo. q̄ discernitur mascula a femina per pululationem velotiorem. prius eniʒ pululat q̄ femina propter calorem fortiorem. et etiam per odorem. quia mascula plus odorat q̄ femina propter maiorem subtilitatem fumi sicci resoluti a mascula et non a femina. Item dicit aristote. q̄ ventus deffert odorem mascule ad feminam ⁊ maturabuntur citius fructus eius quia coherebunt partes scilicet fructu simul. um femine ad maturationem quando folia mascule in illa scilicet in femina sunt apprehensa (dicit etiam albuma.) q̄ folia mascule palme coniuncta cum folijs femine ita ad inuicem coherebunt q̄ vix poterunt sine mensura ab inuicem separari. Item dicit ibidem aristo. q̄ ficus siluestres conferunt ficubus ortensibus quando ex opposito cōplantantur. qꝛ siluestres sunt calidiores ⁊ sicciores. ⁊ ideo excitant calorem ortensium ⁊ confortant. Item humor ficus siluestris resolutus ⁊ delatus et ꝓiectus ad radicem ficus ortensis ipsum nutrit ⁊ confortat. Similiter dicit ibi aristo. q̄ balaustia est flos malagranati. sʒ hic ponitur ꝑ arbore scʒ malagranata. oliuis con ferunt/ si cum eis plantētur. eo q̄ balaustie abundant in calore conueniente nature oliuaꝝ. Hec de ꝓprietatibus arborum ⁊ plantarum contraximus de verbis Aristo. li. i. vegetabilium. et glo. albuma. qui transtulit et exponit eundeʒ. In libro autem animalium. xviij. dicit aristo. omnes arbores que fructificant omni anno fiunt segnes arbores inquit que nimium faciunt fructum cito desiccantur/ qm̄ albus transit in semen. id est humoreʒ nutritus qui deberet nutrire/transit in materiam seminalē. Alias ꝓprietates nobiles et insignes tam arborum et herbarum q̄ plantaꝝ possumus elicere ex verbis Aristo. et albu. in li. ij. vegetabiliū vbi dicitur. Planta habʒ plures vires. Nam a terra habet fixionem ab aqua coadunationē. ab igne vero habet consolidationē et partum terminationem. ex aere et igne habet raritatem ⁊ dilationem ac extensionem. fructuuʒ cōpletionem ac maturationem. sine enim calore et humido aquosū nō terminaꝛ ⁊ finiꝛ. vt patet ibi in exemplo Aristo. non latum/non coagulatum nec terminatum in esse latericeo sine igne partes aqueas consumente/et terreas pariter cōmergente. Et ex aere et aq̄ pariter et ex igne habet arbor raritatem ⁊ porositatem ex aqua hʒ augmentandi possibilitatem. qꝛ qđ oīno solidum est/augeri non potest. vt ibidem dicit Aristo. ⁊ ideo ligmiʒ maximum et ponderosum non habet mergi in aqua/vbi modica particula auri submergitur aut lapilli. et hoc accidit quando lignum est porosum et ideo ꝑ aeris subintrationeʒ intra porros et aque supficiem hʒ ferri. ligna ṽo que sunt vltime soliditatis et cōpactionis sicut habemus et cōsimilia/in aqua subito petunt fundum (vt dicit Aristo. ibidem et octauo metheoro.) vbi dicitur q̄ ex hebeno nigro expilauit aer/et ideo submergitur. porosa autem vnctuosa supernatant. quia multum habent aeritatis materiaʒ contra aque superficiem eleuantis. vt patet in folijs et pilis et omnibus vnctuosis. Nam ut dicit Aristo. ꝓpriū est aq̄ substantiā aereā subleuare. ⁊ cōpacta depmere. ⁊ iō rara et porosa aeris susceptibilia supnatāt/ cōpacta vero et cōpressa inferiora petunt et ad infima se ꝓfundunt. Item vapores terrestres et aquei ꝑ calorem coagulati sunt materia herbaꝝ et plantarū/qui cōmitti ꝑ calidum igneum et per virtutem stellarum recipiunt formas completiuas herbaꝝ et plantaꝝ. et hoc quo ad semē et quo ad fructum. calor itaq̄ inclusus in coagulato

humore fit ad plante nutrimentum qr attrahit aquam dulcem cui etiam cooperatur extrinsecus calor solis. actio autem caloris exterioris cum propria caliditate naturale digerit naturalem humorem in eodem loco ꝛ conuertit in substantiam plante. vnde scdm Aristote. terra montuosa quia est dulcis dulcem scilicet continens humorē. ideo in illa citius nascuntur plāte ꝛ maturantur fructus. Nam montes attrahunt humorem dulcem ꝛ subtilem quibus cooperatur claritas aeris tam in attrahēdo ꝙ in digerendo. ꝛ fit cito conuersio illius humoris in substantiam plante (vt dicit Aristo.) Item dicitur ibidem ꝙ quando frigus scilicet aer frigidus fugat calorem ad interius terre. ꝛ aggregantur partes eius cum aqueo humido et per calorem depressum a comprimente frigido ad interiora decoquitur vapor sic coagulatus et in substantiam plante conuertitur/ ꝛ fieri dicitur locus per intentionem caloris/et sic egreditur ex eo planta. Item quandoqꝫ aer mixtus cum terra et cum aqua in fundo aque coagulatur ꝛ per actionem caloris terminantis ꝛ digerentis illud mixtum confusum generatur planta. vt patet in nemphar ꝛ in alijs herbis minutis. que solent crescere in aquis ꝛ꙼ꝙ folia tegunt aquam ꝛ hee nascūtur sursum nō expanse. tum ꝓpter subtilitatem aeris ꝛ aque dulcis sursum eleuatis/tum ꝓpter soliditatē terre radices inferius sustentantis aqua plāta recipit rigorem radicis ꝛ stipitis ꝛ sustentationem in sua erectione. Item aristo. ibi ꝛ in locis essentialiter frigidis ꝛ accidentaliter calidis vt in quibus aqua calida fluit multotiēs nascitur planta. quia calor aque cōtrahit frigidum humorem ad superficiem terre ꝛ locū mixtionis. vnde ex aere ꝛ vapore terreo cum humore aque in bibito per calorem aque ꝛ stellarum in plante substantiam coagulantur. ꝫ hoc non fit nisi per multum tempus (vt d. Aristo. ꝓpt calorē accidētalē nō ꝯuenietē gñationi talis plante. Item ibidem dicit Aristo. ꝙ plante cōmestibiles melius crescunt in locis leuibus. ꝛ altis et calidis ꝙ in his cōtrarijs. quia in locis planis ꝛ equalibus abundat humiditas/ ꝛ maxime quando dulcedo adest ꝛ aeris temperies. Similiter in locis bene altis/quia ibi est puritas aeris ꝛ abundantia humoris dulcis. ꝛ hoc ꝓpter spongiositatem ꝛ vaporē dulcem attrahentem. ꝛ ideo in montibus frequenter melior est fertilitas ꝛ meliores crescunt fructus. in valle enim difficile mouetur aer. vnde ex conculcatione ibi cito putrescit aer ꝛ vapor grossus. vnde sequitur praua digestio. hinc est ꝙ ibi inuenitur humor salsus (vt dicit albu.) aqua enim salsa grauior est ꝙ dulcis. vt patet in exemplo Aristo. ibidem vt dicit ouum positum in aqua dulci. statim petit fundum. in salsa vero natabit. terrestreitate enim sua ꝛ grossitie. poterit pondus oui sustinere. ꝛ ideo aqua dulcis facilius attrahitur ad loca alta ꝙ salsa scilicet ꝓpter suam depurationem. subtilitatē ꝛ leuitatem. Item Aristo. lutum ignitum. id ē firmum et tenax cito ꝓducit plantam vnctuosam ꝓpter facilem trāsmutationē talis luti in vnctuositatem. vt dicit ibi albu. Et ad hoc vt durabilis sit planta. oportet vt habeat bene digestū humorē et vnctuosum. vnde ille plāte ꝙ hñt humorē in digestū supueniēte frigiditate cito accrescit. vnde ꝛ caulis vltra triēniū nō durat. temen si ei inseratur ex natura plante insite in stipite fiet decoctio ꝛ conuertitur in naturam insite. ꝛ durabit diu. Item vt dicit aristo. planta crescit quandoqꝫ ex lapide solido ꝛ duro. nam aer inclusus in lapide nititur ascendere. sed cum non inueniat exitum liberum propter lapidis soliditatem inflectitur ꝛ mouetur ad lapidis partes et ex sua agitatione calefit. calefactus autem aer attrahit sursum humorē residuum qui est in lapide. et exit vapor cū humore illo cum parua resolutione partium lapidum ex illo vapore et humore de lapide educto. quandoqꝫ planta generatur adiutorio caloris solaris et aerem prius calefactum vigorantis ac digerentis humorē a lapide iam attractum et in substantiam plante transmutantis. sed non diu durat planta talis nisi terra circumstante ꝛ dulci aqua irrigante et temperato aere foueat̃. ꝛ hoc ꝓpter humoris paucitatem Item Ariste. planta si fuerit ꝓpe solē id est versus orientem citius nascetur. ꝛ hoc ꝓpter calorꝭ sufficientiā. tardi⁹ vero si fuerit ad occidentem. propter caloris elongationem. Item ibidem dicit albu. ex tēperie seruatur cuiuslibet plante nutrimentum. Si enim nimia fuerit humiditas opilātur vie et pori ꝑ quos deberet nutrimentum ascendere ad arboris extensionem. eodem modo si nimia fuerit siccitas. constringuntur pori et sic planta non nutritur. Item aristoteles. quelibet planta indiget quatuor. s. semine terminato et in sua specie perfecto et maturo/ ꝛ etiam a putrefactione conseruato. et conuenienti loco. id est territorio generationi plante congruo et aqua moderata humore scilicet temperato et aere consimile scilicet mediocriter temperato. (quia

vt dicit albuma.) si aer fuerit nimis calidus. calor naturalis euaporabit apertis poris. si nimis frigidus suffocabit plantam. prima duo sūt necessaria ad plante generationē. secunda duo necessaria ad eius nutrimentū ⁊ cōseruationem. Item species et plante indebiles que crescunt in montibus ad vescendum sunt minus delectabiles. ⁊ ad digerendū fructus habent duriores. ⁊ hoc ꝓpter vehementem coagulationem per calorem agentem in humiditatem. ⁊ ideo tales fructus non multum sunt nutribiles. vt dicit Aristo. quia vt dicit Alb[ertus]. quanto planta est magis medicinalis. tanto minus nutrit. Item loca a sole remota nō erūt plantarum multarum. sicut nec animal fecunditatis multe est in talibus locis (vt di. Aristo) cuius ratio est. vt dicit album. quia illi q̊ sunt directe sub septentrione. habent diem continue per dimidium annum. per reliquū autē noctē. ibi ḡ raro crescit planta vel animal. in estate non potest ꝓpter continuationem caliditatis. in hieme vero non potest / ꝓpter continuationem frigoris. ⁊ ideo vt dicit Aristoteles. planta ibi generata non habet vires foliorum neq̄ fructuū ꝓpter defectum caloris agētis in vno tempore anni et ꝓpter superfluitatem in alio. Item arbor multarum sapientiarum multum habet de humore vnctuoso / ⁊ cū se mouent ille vapor vnctuosus per calorē proprium. cooperante calore stellarum digeritur. ⁊ conuertitur in substantiam plante que ei inseritur. vnde illam digestionem operatur calor vitalis implendo cum calore extrinseco cōpetente ⁊ crescit planta insita gracilis ⁊ extēsa sursum. vnde ꝓprium est plante multum spinose. vt in ea fiat insertio alterius speciei. ⁊ hoc d. albuma. quia habet multum humorem attractum ab exteriori calore inunctuosū ⁊ ita cōglutinationem expulsibilem a calore interiori in pluribus locis. ita ꝙ pars eius superior cum expellit' ē subtilior ⁊ penetrabilior per quā potest aperire multos poros plante ⁊ ipos ingredi ⁊ ipsam incorporare ⁊ cōsolidare plante inferiori. Item planta que inseritur plantam siue truncum cui inseritur transmutat in suā speciem. ⁊ non econuerso. cuius ratio est (vt alniredus dicit) quia inferior planta mouet superiorem per humorem ⁊ calorem quem ei transmittit. sed superior humorē attractum vlterius digerit et decoquit ⁊ in naturam suam conuertit ⁊ postea virtutem suā in inferiorem transmittit ⁊ alterat illam cui inserta fuerit ⁊ conuertit eam in suam naturam ⁊ speciem. Item quinq̄ species sunt generationis plante (vt dicit Aristo.) scilicet ex semine ex putredine / ex humore aque. ex plantatione. ⁊ ex vnius in aliam insertione. Item sunt arbores ⁊ plante que producunt fructum ante folia (vt dicit Aristo.) sicut ille que habent multū humorem vnctuosū materialem ad fructum. quem vt digesserit calor naturalis simul cum calore solari cito maturabit fructum. ⁊ ille humor vnctuosus abundans ꝓhibet humorem inunctuosum scilicet aquosum materialē ad folia ne ascendat aut in folia prorumpat ante fructū in tali planta. Item quedam citius ꝓducunt folia ꝙ fructū ⁊ hoc ꝓpter defectum ⁊ paucitatem humoris vnctuosi ⁊ abundantiam humoris aquei materialis ad folia. quem calor solaris citius attrahit ad locum ꝓductionis foliorū ꝙ vnctuosum humorem ad ꝓductionem fructuū. ⁊ iō tardatur maturatio humoris vnctuosi materialis ad fructum ⁊ fit ꝓcessio foliorum. Item q̄dam simul ꝓducunt folia cum fructu. vt sūt ille que habent predictos humores multos ⁊ ꝓportionales et calorem interiorem ex exteriori calore solis in aere equaliter operantem in vtroq̄ ⁊ vtrūq̄ scilicet aquosum in folia. ⁊ vnctuosum in fructus equaliter expellentem. Itē Aristoteles dicit. Antiqui asserebant fructus ⁊ folia esse idem ⁊ folia non esse nisi ꝓpter fructū nec differre ab inuicem materia. nisi secundum maiorem vel minorem digestionem aquosi ⁊ crudi humoris humor enim aquosus ⁊ subtilis cito attrahitur a calore solis ⁊ cedit in folia que vero magis est vnctuosus ⁊ digestus cedit in materiam ipsius fructus. Item dicit Aristo. alique arbores sunt spinose. hoc non est de intentione nature plante substantiam generantis / sed accidit ex raritate arboris siue plāte per quā attrahitur humor frigidus parum coctus et exiens per illam arboris raritatem a calore solis in spinam coagulatur. ⁊ fit ī forma piramidalis incipiens iuxta stipitē a grosso ⁊ lato ⁊ in parte anteriori terminatur in acuto. Nam humor subtilis que ad spinā est causa materialis elongatur paulatim a plāta ⁊ in longum et acutum se diffundit. eodē mō faciunt omnes arbores quarū partes piramidalis sunt figure. Item arbores generaliter exterius sunt virides. et interius albe. pars cuius interior habet materiam appropinquantem ad albedinem. et pars exterior ad virorem. nā materia que attrahitur ab interiori expellitur et ad exteriora. in cortice aliquantulum digeritur. et in virorem transmutatur. q: viror medius ē color inter ruborē q̄ ꝓuenit ex ꝑfecti caloris actiōe. et inter albedinē q̄ ꝓuenit ex īꝑfecta

Item Aristo. arbores variant' in figura. nam
quedam sursum. quedam deorsum. quedam
inter hec tenent medium. Ille enim in quarū
medulla viget humor subtilis quem mouet et
attrahit calor ad supiora piramidant' id ē for/
mam piramidalem et modum flamme q̄ ascen
dit in cōmuni virtute ignea eleuantur. Ille ve
ro in quarum medulla viget humor grossus ⁊
aquosus inferius deprimūtur et angustantur
vnde et ille partes sua grauitate inferius mo
uentur et in grossum in parte infima coartant'
In quibus vero erit humor medius inter gros
sum et subtile et tempata ps ascendit sursum.
⁊ erit causa eleuationis. ⁊ pars deorsum. que
erit causa ingrossationis. vnde scd'm maiorē
vel minorem digestionem illius humoris in
radice vel medulla. solet magna apparere ar/
bor in figura. Nam necessaria est prima dige/
stio in radice ad eius incrementū. Secūda ve
ro necessaria est in medulla ꝓpter cōpletionē
maturationē/dilationē/et conseruationem. ⁊
sufficit ista duplex digestio ad plantarum cō/
pletionem. Tercia vero in solis animalibus
reperitur (vt dicit Aristo. ⁊ exponit albu.) Itē
diuersificant' arbores in folijs ⁊ in armis ꝫm
multitudinē humoris vel paucitatem. ⁊ calo
ris fortitudinē vel remissibilitatem. Nam si ca
lor fuerit fortis ⁊ humor multus, multa in exi
tu erunt folia atq̄ rami ⁊ ecōuerso. ⁊ ꝫm rari/
tatem humoris habilis ad desiccationem ⁊ cō
sumptionem desiccātur ipsi rami cadent folia
⁊ remanebit arbor vacua atq̄ nuda. ⁊ in con
trarijs modo contrario se habebunt. Item vt
dicit Aristoteles non solum piramidantur spi
ne in arboribus. verum etiam eadem figura
inuenitur in folijs ⁊ fructibus. quia si meatus
plante fuerint ampli ⁊ valde rari in principio
humoris. et post sicitate vel friditate constrin
gantur. folia et fructus inferius ingrossabunt'
et in superioribus gracillabuntur ⁊ piramidā
tur. et hoc ꝓpter attractionem leuioris partis
humoralis ad superiora vi coloris et repulsa
onem humoris grauioris ad supiora et densi
oris. Conuenit tamen folium quam fructum
sepius accui in extremitatibus et piramidari
scilicet quando virtute et raritate humoris su
perior pticula laniatur in parte inferiori. cau/
da etiam existente humor in medio distendit'.
⁊ sic substantia fructus vel folij in medio dila
tatur ⁊ vtraq̄ extremitas propter dominium
ignee virtutis in cōi quodāmodo ducit' ⁊ sub
tiliat' ⁊ sic in piramidē transformat'. Item ibi
dem dicit Aristo. q̄ arbores ⁊ plante quedā
faciunt flores ex humore valde subtili ⁊ etiā
potentia existente in eius medalla non tamen
per omnia temperata nec digesta secūdum vl
timā fructus cōpletionem. disposita tamē ad
fructus ꝓductionem. Quedam autem arbo/
res propter nimiam humoris viscositatē non
habent flores. quia ille humor nō potest sub/
tiliari et ꝓpter suam vnctuositatem in subtili/
tatem floridam dilatari. vt patet in ficu. que
non habet flores ex causa iam dicta. Quedā
etiam non habent flores propter humoris li/
quiditatem quia non potest inferioris substā
tiam coagulare. vt patet in palma. et simili/
bus. vt dicit Aristoteles. et ideo secūdum di/
uersitatem materie in qua diuersimode agit
calor diuersi colores in floribus tam herbarū
q̄ arborum generantur. Sed ista prosequi nō
est presentis negocij. ⁊ ideo de eis ad presens
ꝓpter tedium fore arbitror quiescendum. Ta
men alias superaddit ari. ꝓprietas in fine li/
bri quas non reputo cōtemnendas. Dicit enī
circa finem. Planta inquit habens grossum
corticem multum extenditur in altitudinem. ⁊
hoc ꝓpter extensionem humoris ⁊ impulsum
caloris. Nam grossitudo corticis humorē re
cipiens. non sinit illum defluere nec etiam ꝓ/
pter suam densitatem permittit calorem p po
ros euaporare. ex qua necesse habet se diffun/
dere ⁊ dilatare. vt patet in pino. in palma et
similibus. vt dicit Aristoteles. Idem ibidem
Arbores habentes lacteū humorem magnā
habent vnctuositatem ⁊ calorem fortem in ra
dice ⁊ ideo resoluūtur humores vsq̄ ad exteri
ora arboris. ⁊ generantur gūme aliquando li
quide. aliquādo ex exteriori aere frigido con/
gelante aliquando etiam in modum lapidis
vel concule indurante. ⁊ hoc accidit aliquan/
do ex frigiditate cōstringente/aliquādo ex ca
liditate liquidiores partes educente et con/
sumente. et grossiores cōpingente. sicut ibidē
dicit alniredus. Item idem ibidem. Arbores
quedam alterantur scd'm tempis alterationē
quia in estate virescunt. in hieme pallescunt.
⁊ tamen folia sua non perdunt nec ꝓiciunt.
fortem enim habent calorem incorporatum. ⁊
ideo calor fugit ad interiora arboris ⁊ etiam
foliorum a facie frigidi aeris hiemalis. ⁊ ideo
exteriora pallida ⁊ glauca fiunt. ⁊ nō cadunt
folia propter viscositatem humoris et incen/
sam fortitudinem caloris. Item ibidem. Ar/
bores facientes fructum in principio faciunt
fructus amaros. quando scilicet nouiter sunt
plantate. et in earum fructu tunc dominatur
amaritudo vel ponticitas sapor scilicet ac/
cedens ad amaritudinem/cuius causa est:

quando prima digestio acida est et ponticita ꝓpter humoris attracti grossitiem ⁊ terrestreitatem. ⁊ propter caloris digerentis paucitatem ⁊ debilitatem. ⁊ ideo generatio talium fructuū est pter dulcedinē. quia ipsoꝝ humor crudus remanet ⁊ indigestus. Sed p⁹ ꝯfirmato calore ⁊ augmentato. humore depurato. calor digerens humorē ipsum efficit sapidū atq̧ dulcem q̄r. vt ibi subdit aristoteles etiam amarum in ignem missum dulcescit et hoc accidit. vt dicit al. ꝓpter illam quam recipit a virtute ignis digerentis imutationē. Item ibidem. In locis acidis frigidis. s. atq̧ siccis aliquando ꝓducuntur fructus dulces quia calor innatus intra acetosum humorem inclusus per calorem solis ad intus digerit illam acetositatē ⁊ conuertit in dulcorem. et erit fructus dulcis quāuis acida sint folia. ⁊ etiam extremitates in quibus nō est tanta digestio et caloris opaticō quemadmodū est in fructu. Contingit tñ aliquādo ꝙ ꝓpter superuenientē nimiam adustionem. ille fructus prius factus dulcis conuertitur i amaritudinem ꝓpter superfluū calorem et humoris residui paucitatē. Item ibidē dicitur. In locis spatii aeris ante dies vernales fructus celerius maturescunt. ꝓpter caloris sufficiantiā et aeris exterioris dispositionē temperatam. Item ibidem. Quedam sunt arbores que primo faciunt fructus dulces deinde pontiā efficiunt et amari. sicut arbores mirabolanorum. Cuius causa est (vt ibidem dicitur) quia arbor talis habet fructus magne raritatis. etiam in hora digestionis. cum enim meatus earum sint magni et ampli sequitur calor sufficiens perducere humorem materialez ad fructum et maturabit fructum. et ideo hui⁹ fructus in digestionis principio erit dulcis sz post calor existens in meatibus cōsumentib⁹ humorez inducit siccitatē quia constringit meatus et poros. ita ꝙ nec calor nec humor pōt ad locum fructus peruenire. mutatisq̧ frigiditas et siccitas calorem et humorem ꝓpter qd alteratur fructus in ponticitatem. eo ꝙ prohibetur omnis ascensus siue accessus caliditatis innati ⁊ humoris per constrictionem inductam a siccitate et sic erit frigiditas vincens in fructu ꝓpt defectū caloris et erit fortis ponticitatis ꝓpter iuncturā siccitatis. Sed tandē calor innatus eleuatur ad locum fructus et figuratur per calorem solis. ꝓpter quod vincit iterum frigiditatem et inducit incensam raritatē et siccitatem et sic erit fructus amarus. In arboribus plantandis etas lune maxie cosideranda est Nam q̄ plantantur in plenilunio recto vel in recto nouilunio min⁹ ꝓualescūt. ⁊ si ꝓua luerint fructum faciunt vermiculosum. ⁊ fruct⁹ tunc plantate arboris citius putrescunt. Similiter et arbores que tunc de terra ꝓsciндunt minus durant et citius a vermibus corroduntur. vt d. Constan. Rationem quere supra. li. viij de effectibus lune. Item inter arborem et eius fructum est quoddam retinaculum quo fruct⁹ adheret arbori sicut fetus per vmbilicum adheret matrici (vt d. Constan.) ⁊ illud retinaculū primo est debile ⁊ laxum et attractiuū humori adhuc vicinum. et ideo fructus de facili tunc excutitur si cum fortioris venti impulsu tunc temporis arbor moueatur. sed post paulatim calore humorem indurante fortius adheret et fructus ita de facili non tunc cadit. sed in fine fructu maturato et debitam quantitatem perducto arescit illud retinaculum vel putrescit ⁊ ideo fructus de facili mouetur tūc ad casum. Et quanto arbor ꝓfundius figit radicē tanto maior attrahit plus humoris. et fructifera est. plus abundat in folijs. fructibus. et ramis. Item arbor superfluis abscisis melius fructificat. nam talis humor transit in fructuz que alias transiret in nutrimentum supfluoꝝ. Hec de natura et proprietate arborum in generali dicta nūc sufficiant.

De amigdalo.

Amigdalus est arbor mature florens. Et dicitur hic amigdalus ꝓ arbore et hoc amigdalum ꝓ fructu. vnde quidam ait. Sunt matura mora pira ficus amigdala mora. tamen amigdala le. iueniūt ꝓ fructu i sacra pagia. Numeri xvij. sacra enim scriptura (vt di. Hiero.) non vult se semper subijcere legi gramatice nec vult illius arte regi (Isido. autē li. xvij. sic d.) amigdala greca dictio est que latine nux lga vocatur. hanc nuculam. multi vocāt quasi minorē nucē. de qua virgili. Cum se nux longa silvis induit in florem. Cunctis enim arborib⁹ prior se floribus cōuestit. et ad inferenda poma arbusta sequentia preuenit (hucusq̧ Isi) de amigdalis d. Aristo. in li. de plantis. ꝙ indigent cultura. maxime quando sunt antique vnde si clauis perforentur. emittunt quoddā gūmi. et depurabitur humor in medulla. qui materia est ipsius fructus. et ideo plus fructificant amigdali bene culte quādo sunt antique ꝙ nouelle. Duplicem aūt fructum fert amigdalus scilicet dulcem et amarū (ut dicitur in platea.) et dulcia amigdala vtilia sunt ad cibum amara vero ad medicinā. sūt eñ calida ⁊ sicca

De dulci amigdalo dicit dia. ꝙ si recens cū suo folliculo comedatur ꝓdest stomacho. ſꝫ caput grauat caliginem nutrit venerem accendit somnum facit ebrietati resistit. Item dicit idem ꝙ si vulpis comederit amigdalam morietur. Sepe enim qđ medicinale est homini / venenosuꝫ ꝛ mortiferum est alteri animali ꝛ ecōuerso. Itē idem ferre tota arbor amigdalorum amarorū est medicinalis. Nam radix eius elixata siue cocta ꝛ trita / maculas vultus tollit. ꝛ purgat faciem quādo inde est linita / dolorem capitis maxime mitigat / ꝛ etiam vulnera putrida mixto melle mundificat ac sanat cortex etiam ꝛ folia sunt mūdificatiua exterminatiua / ꝛ sanatiua. oleum aūt de amigdalis extractum / vermes et lumbricos in ventre necat / mēstrua ꝓuocat / et purgat cōtra surditatem efficaciter iuuat ꝛ aurium saniem mūdat ꝛ desiccat si tepidum auri i stilletur. (vt dicit diascor⁹.) Item flores eius decocti in oleo caducos ꝛ litargicos excitant / cum melle triti morsibus canis obuiant / vlcera sanant. gummi quod de amigdalis exsudat mixtum potioni sanguinem reicientes iuuat. ꝛ sic patet ꝙ paruꝫ vel nihil est in amigdalo qđ nō ꝯueniat medicinis. vt ostendit diascorus.

De Abiete.

Abies nomē est arboris sic dicte ab a eundo / eo ꝙ pre ceteris arboribus longe abeat ꝛ in altum altius se extendat. cuius natura est (vt dicit Isido. li. xvij ꝙ est expers tenerī humoris. ꝛ ideo terribilis est atq₃ leuis. Ex abiete aūt dicunt abiena ligna vel alia que de abiete cōponunt. ꝛ abietarius dicitur qui aliquid de abite opatur. (vt di. Isido.) Secūdum aristo. autem abies est arbor i altum se extendens plurimū habens raritatis in substantia ꝛ subtilis humiditatis. ꝛ ideo calor eius naturalis a solis calore fortificatur q̄ illam humiditatem de facili eleuat / ꝛ ꝑ sursum mittit ꝛ sic ipsam in arboris substantiam conuertens / arborem altam facit. Est etiaꝫ arbor mire rectitudinis parum vel nihil habens tortuositatis / ꝛ hoc ꝓpter virtuteu caloris ꝛ eq̄litatem humoris operationi caliditatis obediētis. ꝛ ideo directe sine aliqua tortuositate sursum eleuatur. Quamuis enim abies generet ex humore leui ꝛ subtili / illius tamen humoris superfluitatem reicit natura ad eius superficiem. s. inter lignum ꝛ corticem / ꝛ ibidem a calore exteriori inuiscat / ꝛ in naturam resine cuiusdā odorifere transmutat propter eandem etiam viscositatem vnctuosam ligno abieno incorporatā abies igni apposita facilime inflammat. varijs insuper edificiorum structuris abies accomodatur / ꝛ maxime propter suam rectam altitudinem / ꝛ formam piramidalem / vel ad edificationem nauium vtiliter adaptat.

De aloa.

Aloa arbor est aromatica que in india generatur (vt d. pap.) ꝛ ē arbor odoris suauissimi atq₃ fragrātissimi cuius ꝑticula vice timiamatis altarib⁹ adolet. vn̄ nomen traxisse dr̄. De ligno aūt aloes dicit in plāte. aloes est lignum calidum ꝛ siccuꝫ qđ reperitur in magno flumine babilonis cui tigris cōiungitur fluuius paradisi. vnde a pluribus creditur ꝙ predictum lignū inter paradisi arbores oriatur. ꝛ casu aliquo vel impulsu de paradiso illuc deducatur. habitantes aūt iuxta fluuium / missis retibus in flumen / lignum intercipiunt ꝛ reseruant vsui medicine. Multum medicinale est. Est enī lignum aloe triplex vt dicit constan. in lib. graduū. primum est valde ponderosum ꝛ qđ est nodosuꝫ est valde aromaticum ꝛ est sub amari saporis / sub nigri coloris ꝛ subrufi. ꝛ cōtritioni dentiū non omnino resistens. Dicit etiam ꝙ cuꝫ masticat / statim odor aromaticus uidetur attingere cerebrum / ꝛ quodāmodo replere. Secundū genus est minus ponderosum nec adeo aromaticum nec amarum. Tertium gen⁹ est subalbidum valde leue / nec est alicuius saporis ꝛ ꝑui odoris nisi sit aliunde coaptatum. Sophisticat aūt lignū aloes cum quodam ligno sibi simili in ponderositate ꝛ nodositate / ꝛ modico aromate. Et a quibusdam lignum aloes siluestris nuncupat hoc lignum cōficiatur cum plumbo vt color immutetur. ꝛ addita superfluitate aurium / vt fiat aliquātulum amarum ꝛ subrufum ꝛ ponit in decoctione optimi aloes eum mixto / vt fiat valde aromaticuꝫ. ꝛ sic fit vt vix ab optimo discernatur. cognoscitur tamen q₂ durissimum est et masticationi dentium omnino resistit. ꝛ dum masticatur sapor amarus interius vero nō sentitur. lignum aloes stomachum confortat digestionem ꝑparat / debilitatem cordis ac cerebri confortat / circa sincopim ꝛ cardiacam maxime passionem iuuat. nam cōtra omnes cordis passiones ꝛ debilitates ex frigiditate ꝓuenientes valet vinum decoctionis aloes. Sed q₂ vinū inde fit amarum / modicum apponatur. ꝛ pro delicatis cum aqua rosacea vinū tempatur / ꝛ tale vinū poterit diu reseruari. q₂ a ligno multū imutatur. eius fumus ꝑ nares receptus / in frigiditatum cerebrum calefacit / debilitatū cōfortat. Et vt laudes eius concludam / in oib⁹

corporis debilitatibus subuenit ꝛ adiuuat/ si quis modo debito vti sciat (huiusq; platea.

De Aloe.

a Loe etiam dicit̃ cuiusdã herbe succus/ que herba aloem appellatur. hec herba in india ꝛ persis ꝛ locis plurimis reperit̃. cuius succus exprimitur ꝛ ad ignem decoquit̃/ ꝛ post soli exponitur ꝛ exsiccatur (vt dicit platea.) aloe etiam tria sũt genera. s. citrinum /epaticum/ ꝛ caballinum. (vt di. platearius.) ꝛ differũt iste tres spẽs in bonitate. nam bonum est caballinũ/ melius ẽ epaticũ sed optimũ est citrinum ꝛ discernit̃ ex colore citrino ꝛ rufo ꝛ precipue cum frangit̃ puluis apparet ac si esset puluis croci. ꝛ est eius substãtia clara maxime quãdo cõfringitur ꝑ minuta frusta ꝛ quod frangitur ex eo minus fetiduꝫ est et minus amarũ. Epaticum vero aloe assimilat̃ epati in colore/ colorem enim habet epaticum idẽ nigrum ꝛ foramina quedã velut ora venarum. obscuram etiã habet substantiã ꝛ nõ claram/ ꝛ est amarius ꝙ citrinuꝫ. Caballinũ autẽ aloe nigrũ est ꝛ obscurum ꝛ feculentam habet substantiã ꝛ amarissimum saporẽ ꝛ horribilissimuꝫ odorem. Sophisticatur aũt caballinuꝫ ita vt videatur epaticum vel citrinũ cum puluere croci ꝛ aceto/ si decies in illo intingatur ꝛ desiccetur/ ꝛ tũc innouatur eius color ꝛ odor ꝛ citrinum vel epaticum videtur. discernit̃ tamẽ qꝛ dum frangitur ꝛ digitis cõfricatur/ statim fetidissimũ sentitur ꝛ amarissimũ inuenitur. qꝺ nõ est in epatico ꝛ citrino. omne aũt aloe quanto de sui natura est minus amarũ ꝛ minus fetidum/ tanto est magis laudabile. aloe aũt quãuis ex natura sit amarum/ tamẽ mirabiliter est vtile ꝛ salutiferum. nam flegma coleram ꝛ melancoliam mũdificat atq; purgat/ membra neruosa cõfortat/ stomachum a viscosis humoribus ꝛ nociuis euacuat/ caput a dolore releuat/ quãdo fumositas stomachi caput grauat visum clarificat/ splenem ꝛ epar deopilat menstrua ꝓuocat in corꝑe discolerato bonũ coloreꝫ generat/ ab hidrope corp⁹ preseruat/ ꝛ ĩ principio curat/ puluis eius cum melle datus lumbricos idest vermes ventris necat/ fluxuꝫ capillorũ ꝓhibet ꝛ a canicie preseruat/ arthеticos iuuat/ pruriginem oculorũ placat/ membroꝝ genitalium vlcera sanat/ putredinem oris ꝛ gingiuarum mundat recentia vulnera sanat/ consolidat/ mundificat/ ꝛ desiccat/ amaruꝫ est ori sed dulce stomacho/ stomachum enim infrigidatum ꝛ debilitatum confortat/ ꝛ digestioneꝫ adiuuat ꝛ procurat. Hec omnia de diascoro plateario ꝛ auicenna extracta sunt.

De arundine.

a Rundo est media inter herbam et arborem. herba quidem robustior ꝛ durior. sed arbore est fragilior. exteri⁹ plana/ ꝛ interi⁹ vacua ꝛ caua/ nodosa/ ꝛ lenis/ in paludib⁹ enutrita/ vẽtis cedens/ de facili manum ledens. De arundine dicit Isido. lib. xvij. Arundo est dicta eo ꝙ cito arescat. in indicibus autem stagnis crescunt arundines ex quarum radice expressum suauissimum succum bibunt. vnde ꝛ varro dicit. Indica non magna in arbore crescit arundo. Illius ꝛ lentis premitur radicibus humor. Dulcia cui nequeunt succo contendere mulla

De Armonio.

a Rmonium. vt dicit Isido. li. xvij. est vocatum. eo qꝺ habeat odoreꝫ veluti cinamomum. Nascit̃ in siria ꝛ armenia. cuius frutex botros siue semen reddit sibi cõnexuꝫ habens florem albũ similem viole ꝛ folia similia brionie odore etiã suo prebono somnuꝫ suauificat. Armoniũ siue aromen est herba odorifera. vt dicit dia. ꝛ ẽ coloris subrufi/ folia habens cõiuncta ꝛ semia copiosa habens ad modum viole florem albũ Est ꝛ armonij triplex spẽs. quoddaꝫ enĩ est armenicum/ ꝛ illud ceteris est nobilius fului quidem coloris/ sed odoris optimi/ ꝛ virtutis maxime ac valoris. Aliud est qꝺ crescit in locis humectatis ꝛ aquosis ꝛ est leue/ tactu saporẽ exprimens atq; gerens. Tertium vocatur ponticuꝫ rufum non longũ. Est aũt eligendũ quod est recens ꝛ albũ semine plenũ. super virgas purpureas expãsum maxime odoriferum ꝛ ponderosum quod masticatũ/ quodã acumine mordet linguã. Unum habens colorem/ non varium/ nõ diuersum (vt dicunt auicen. ꝛ dia.) omẽ armoniũ habet secundũ eosdem auctores virtutẽ calefaciendi ꝛ etiam desiccandi. ictibus scorpionum occurrendi. sua decoctione in aqua oculos fouendi ꝛ a suis doloribus releuandi. habet etiam virtutem dolorem viscerum sedandi ventositatem extenuãdi/ ꝛ menstrua ꝓuocãdi. cuius dictatura siue decoctio sumpta habꝫ virtutem freneticas subueniendi/ epateticos adiuuandi/ ꝛ etiam podagris succurrendi. in omnibus siquidem antidotis nobilibus receptõib⁹ ꝛ medicinis solet armonium sepius adhiberi ꝙuis loco ipsius multi aliam herbam armonidem. s. ei quidem in colore similẽ sed in odore ꝛ virtute penitus disparem apponere sunt consueti. vt dicit auicenna.

De Aneto.

Anetum est herba cuius semen cōsimili nomīe est vocatū cuius semē primo conuenit medicine/ radix secundario/ sed tertio ipsa herba. cuius semē pōt seruari ad trienniū in magna efficacia. (vt dicit dia.) melius tamen est vt singulis annis renouet᷑. cui⁹ radix adhuc viridis alicuius est valoris/ sed desiccata nullius. vt dicit idem. habet virtutem diureticam calidā ꝛ appetitiuam ꝛ cōpactorum diuisiuam/ venenositatis ꝛ inflationis extenuatiuā ꝛ torsionis vētris ꝛ viscerū mitigatiuā. Item virtutē hab3 calculi cōfractiuam/ mēstruorum ꝓuocatiuam ꝛ meatuū vrinalium aperitiuam/ singultus et plenitudine amputatiuā/ somni ꝓuocatiuam durarū collectionū in corpore resolutiuā si coctum cum oleo per emplastri modū apostemati apponatur. Item flos eius cū vino coctus dolorem capitis aufert si inde caput fomentetur. Item cinis eius vulue stillanti appositus ipsam reprimit ꝛ desiccat. Item decoctum anetū oleo rigorem neruorū laxat ꝛ multis alijs subuenit passionibus. vt idem dicit.

Anisum easdem habet virtutes q̄s ꝛ anetum. sed saporem habet dulciorem ꝛ eius semen magis minutū ꝛ rotundum ꝛ a multis vocat᷑ dulcinium. vt dicitur in platea. virtutem habet dissoluendi/ cōsumendi/ ꝛ ventositates destruendi/ digestionem confortandi/ opilationes epatis ꝛ splenis aperiendi/ calculum confringēdi menstrua ꝓuocādi/ ꝛ omēs meatus interiores aperiendi ꝛ emendandi. ꝛ ideo quāuis sit in quantitate semen minutissimum/ est tamē multum vtile in virtute ꝛ plurimū salutiferum.

De Allio.

Allium ab olendo est dictum. eo ꝙ olet (vt dicit Isido. lib. xvij.) cui⁹ odor est tam fortis ꝙ omnes alios odores reprimit/ superat ꝛ fetores ꝛ ideo per loca corrupta necessario transituri/ siue loca putrida purgaturi/ fortissimis se muniunt alleis. Secūdum diascorum allium multas habet virtutes ꝛ tam bonas ꝙ malas proprietates/ q2 ex diuersis componit᷑ virtutibus (vt dicit idem) ventrem siquidem ꝛ stomachum turbat/ siccat/ sitim mouet/ ꝛ corpori appositū corpus vlcerat ꝛ vulnerat. ꝛ si nimis a colericis sumatur in vsum/ corpus inflammet desiccat/ lepram generat/ maniam ꝛ frenesim excitat/ visum ledit ꝛ etiam ebetat ꝛ ideo colerico naturaliter nocet. nam coleram rubeam cito generat ꝛ adustam multiplicat ꝛ augmentat/ flegmaticis ꝛ frigidis multū confert. Est autem duplex eius genus scʒ domesticum ꝛ siluestre quod scordion a medicis appellatur/ cui⁹ flos debet recolligi ꝛ in medicinis apponi vel admisceri. non enim operatur cum impetu sicut solet domesticum operari. Alij domestica capitibus maxime vtuntur/ in cuius natura multiplex efficacia reperitur. nam precipue habet virtutem dissoluēdi ꝛ consumendi ꝛ expellendi venenum ꝛ omē venenosum. vnde non sine causa vocatur ab antiquis doctoribus tiriaca rusticorum. vt dicit diasco. maxime autem valet contra morsū ꝛ venenum canis rabidi si cum sale ꝛ nucibus interius accipiatur addita herba ruta. hec enī quatuor ad inuicem conterantur. ꝛ ad quantitatē magne nucis patienti sepius offerantur ꝛ hoc cum vino. eadem enim confectio super morsū exterius apponat᷑. vulnus enim sanat ꝛ venenum attrahit ꝛ cōsumit/ ꝛ a periculo liberat ac preseruat ita efficaciter sicut tiriaca. Item alliū virtutem habet appetendi inadendi humores grossos ꝛ consumendi. Et ita valet calculosis ꝛ stranguriam patientib⁹ idest difficultatē vrinandi. menstrua aūt ꝓuocat ꝛ emūdat ventrem. lumbricos ꝛ alios vermes in ventre interficit/ si cum pipere ꝛ succo mēte ꝛ aceto ad modum salse offeratur. dolorem illorū ꝛ lumborū allium mitigat/ si mūdatū ac tritū ꝛ cū oleo coctum super doloris locū ad modum emplastri apponatur. valet etiam ꝯtra morphea idest lepram cutis si vbi est morphea locus scarificatur. ꝛ post cum allio trito fricetur ꝛ cataplasmet᷑ cōtra serpentum morsus valet/ si tritum cū laurino oleo apponatur vt dicit dia. Item hydropicis prodest q2 humorem inter cutaneum consumit ꝛ desiccat/ et tumorem sedat grandia/ et crumenta vulnera ꝛ sordida purgat ꝛ cōglutinat ꝛ sanat/ si puluis alij cōbusti superponatur. coctum etiam alliū cum aqua fontana omnem dolorem loci ꝛ tumor tollit. cauendū tamē est ne cōtinue in cibis assumatur q2 multum noceret oculis. vnde versus. Allia vina venus puluis vent⁹ faba fumus. Ista nocēt oculis sed vigilare magis. Secūdum aristo. autē lib. de plantis. allium habet similitudinem cū lilio a cōmunicat cum illo in dispositione capitis ꝛ in tunicellis ꝛ habet virtutem sementinā in tunicellis radicis sue ꝛ in granis suis natis in summitate haste sue. ꝛ ideo cepula allij posita in terrā ꝓducit plantā. Similiter ꝛ eius semen. ꝛ habet tunicas multas ꝛ folia piramidalia ꝛ hastam cauernosam ꝛ porosam. Allium etiam sicut ꝛ lilium primū facit semen stipidis

Contra morphea

sui in tenui folliculo in grana coniungi tur. cepa vero non cõtingit grana sua/ sed in pediculis siue pedibus paruis nutrit ea / et emittit. facit eciam radices capillares sicut lilium et sicut crocus et huiusmodi. Sed in hoc differũt radices allij a lilio quia nõ ramificãtur in allio sicut ramificantur in lilio. et sicut allium renouat folia ita renouat radices et semel tantum emittit semen scilicet in scd'o anno postquã seminatur et ideo habet alliũ tunicas plures et ramosas vt ille tunice sint cibus et nutrimẽtũ secũdis radicibus et secundis folijs et stipiti eius. quapropter crescentibus secũdis folijs et stipite attenuantur et euanescũt tunice eius in terra. et simile huius in cepis inuenitur. In hoc aũt differt allium a cepa. quia quelibet allij tunica carnosa si plantetur crescit ex ea planta sicut ⁊ liliũ quod de tunica sua plantata i terra emittit plãtam ⁊ hoc accidit quia in suis tunicellis est virtus semmatiua sicut in carnosis partibus alliorum. non sic aũt fit ex cepa. non enim ex qualibet parte eius plantata emittit plantam. quia virtus semiatiua non ẽ in qualibet parte cepe sed in toto. In hoc eciã differt alliũ a lilio qm̃ eius partes carnose quãdo plãtantur emittũt gramina sua et folium per medium carnis sue sed tunicelle lilij emittunt ab vno latere sui iuxta / et non a medio. huiusq; aristo. li. de plãtis et secũdũ nouam trãslationem.

De absinthio.

Cucurbita scđm Isido. nomen est grecum/ cuius origo latinis ẽ incerta. Eius genera sunt multa (vt tangit Isido. li. xij. / Et di. idem plini. Est aũt cucurbita alia domestica et ortensis/ alia uero siluestris. Domestica vero in ramos et folia pariter et flagella ad modum vinee se diffundit et quibusdam ligamentis se cõuertit sicut vitis/ et hz quosdã flores albidos quos emittit potissime cõtra noctez sine appodiatione florere põt. sed fructus eius vix proficit/ immo deficit vel putrescat/ quando ad modũ vinee a terra nõ erigitur et lignis et virgulis non sustentatur. Est autem cucurbita secundum platea. frigide et humide complexionis et in qualitatibus tempate. in calidis regionib⁹ pcipue inuenitur. cuius semina in terrã piecta herbã pcreant ex qua producũtur flores et tandẽ fruct⁹ plenissime et medulla

cuius cortex primo est mollis/sed quando pue nit ad maturitatem ad modũ ligni indurescit fructus eius quãdo noua sunt cõueniunt cibis τ semina medicinis. Sunt aũt semia eius diu retica τ diuisiua ꝓpter sue substantie subtilita tem. τ ideo valent contra opilatonẽ epatis τ re num ac vesice acutũ patientib⁹ cucurbita elixa assata cibus est in mediana. Nam materiam i firmitatis purgat ꝑ vrinam τ aliquãtulum co lorem reprimit alterat τ cõfortat. semina eius post maturitatem colligunt/abluũtur/τ ad so lem desiccant/ne ꝓpter humiditatem supfluã corrumpant in loco sicco ꝑ triennium reseruan tur (hucusq platea.) Scdm plini. aũt succ⁹ cu curbite valet cõtra sacrum ignem τ tumorẽ ocu lorum/mitigat dolorem aurium si tepidum i- mittatur/semen eius tritum in puluerẽ vel insꝑ sum replet cauata vulnera/cinis corticis valet cõtra cõbusturam. Dicit autem adhuc pli. lib. xx.c.iij. Est cucurbita siluestris digitalis gros situdinis nascens in saxosis locis/cuius succ⁹ stomacho τ visceribus multum ꝓdest. renum τ lumboꝝ paralisi subuenit/medulla eius cum absinthio τ sale dolorẽ dẽtium tollit. succ⁹ eius cum aceto calefac⁹ mobiles dentes sistit. caro eius sine semine clauis pedum. i. apostemati- bus succurrit. vinum cũ eo feruefactum oculo- rum impetus tollit. folia eius trita τ cocta vul neribus subueniũt. semen ei⁹ potatum cum vi no venenũ vincit. comedi nõ debet q2 inflatio nes facit. Est aũt cucurbita agrestis ẽm Isid. lib. xvij. idem qđ coloquintida herba multum amara queadmodum cucurbite. versus terram tendit habens folia grauis odoris/vt cucurbi ta. τ fructũ rotundnm facit sicut cucumer vsua lis (vt dicit Isido. ibidem. Quere supra đ na tura coloquintide.

De Celidonia.

C Elidonia est herba croceos habẽs flores atq fructum croceũ tangen- tis man⁹ intingens/sic dicta leo ꝗ in aduentu hyrundinũ videt erũpere vel flore re (vt dicit Isido. li. xvij. celidon eni grece hyrũ do dicit latine (τ subdit Isido.) vel dicit celi- donia q2 pullis hyrũdinum si oculi ledent/ma tres illis ex hac herba medicant. Item etiã reci tat Plinius. ꝗ succo celidonie oculi hyrundi- num eruti siue lesi ad statum pristinũ reuertunt Alias siquidem hꝫ notabiles virtutes. hꝫ eni virtutem dissoluendi. attrahendi. ꝯsumendi. vt di. dia. dolorem dentiũ mitigat. caput pur- gat/menstrua ꝓuocat/τ matricem mũdat/fistu lã oris τ cancrũ curat. ẽm pli. dia. τ platea.

De Centaurea.

C Entaurea est herba amarissima/ca lida/τ sicca in tertio gradu. τ ideo fel terre est vocata vt dicit Isid. q2 a chirone centaurea eius virtus primitus est in uenta. vt dicit idem li. xviij. Est aũt duplex. s. maior τ minor. Prima quedẽ maiores habet ramusculos τ flores τ est maioris efficacie quã minor (vt dicit i platea.) Et ibidẽ dicit ꝯstan. ꝙ radix maioris calida est τ sicca in secũdo gra du/τ habet quandam amaritudinem cum dul cedine. et ideo habet virtutem conglutinandi. τ ex amaritudine habꝫ vim diureticam τ diui- siuam: plus valent flores τ folia in medicina/ ꝙ alia que sunt in ea. dolorem eni vẽtris sedat visum clarificat/τ renes τ splenẽ deopilat/pa ralisim curat/vermes ventris cum melle necat. vulnera radix eius consolidat. vt dicit diasco. plini. τ platea.

De Daphiro.

D Aphirus grece laurus dicit latine vt dicit Isido. lib. xvij. τ est laurus a verbo laudis dicta. lauri enim ra mis τ folijs cum laudibus victoꝝ capita coronabant. τ ideo aput antiquos lau dea vocabatur. sed post sublata. d. τ subroga ta. r. laurus est dicta sicut quõdam dicebant me- di dies/que nunc meridies solet dici (vt dicit Isido.) hanc arborẽ vocant greci daphirẽ/eo ꝙ nunꝙ deponat viriditatem. hyeme enim vi ret τ estate. τ ideo inde victores potissime co- ronant (vt dicit Isido.) τ subdit. Hec sola ar- bor a vulgo creditur minime sublimari. vnde fuit appollini primit⁹ ꝯsecrata. de q̃ dicit ma- gister in historia sup illud verbũ ꝯsuluit isaac dñm. Gene. xxv. Rebecca ex timore gentiũ q̃s viderat in peuntib⁹ spẽm lauri quã tripodẽ di cunt capiti supposuit τ ramis herbe que agn⁹ castus dicit incubuit. vt visiones veras viderꝫ τ fantasticas nõ sentiret. De lauro siquidem di cit pli. li. xvi. c. xxx. laurus triũphis ꝓprie dedi catur que gratissima est domibus cesarũ atq pontificũ q2 domos adornat. Et sunt duo ge nera eius. s. delphica τ cipria. Lauro dephica delphis primo coronati sunt triũphantes. Ci pria vero romani primo suos coronabãt. mo- do aũt multe sunt lauroꝝ spẽs/sed differunt in virore τ magnitudine filioꝝ τ similitudie bac carũ. Est aũt arbor multiplici speciei τ enume rat pli. xiij. spẽs arboris eiusdẽ/inter q̃s ponit qͣdam spẽm lauri ꝙ dicit fuisse magno ioui τ appollini delphico dedicatã. τ iõ tell⁹ laurife ra i domib⁹ τ i satis a fulmie mãet tuta. sine ãt lauri pñtia nõ solebat apopllo dare rñsa sua.

et ideo quia diuinis credebatur cōuenire honoribus honorem triūphis obtinuit. nec licebat laurum pollui in vsibus illicitis et prophanis quia propter propitianda numina super altare poni debuit ⁊ offerri. Cesar autem tiberius celo tonante laurum in capite solitus erat ferre sicut ferunt contra fulminū metus. Narrat etiā pli. mirā rem / ꝙ cum augustus sederet in quodam orto iuxta drusillā augustā deiecit aquila de alto gallinam miri candoris illesam ingremium cesaris. tenuitq; gallina laurium ramū in rostro suo onustum baccis multis. gallinā ⁊ sobolē iusserūt auruspices obseruari / ⁊ baccas laureas seminari ⁊ cum diligētia custodiri / ex quibus prouenit silua triumphans cuius postea cesar laurum in manu tenuit ⁊ coronam in capite gessit. ac deinde alij cesares eodem modo ex eadē silua post obtentum triūphū / oportuit coronari (hucusq; plinius) De lauro siqdē addit diasco. ꝙ est arbor elegātis forme et magne aromaticitatis ac mire efficatie ⁊ virtutis. Nam folia eius viridia que multum odorifera sunt si contundantur mitigant ⁊ sanant pūcturam apuz vesparum / ⁊ omnē tumorē spergūt libros ⁊ vestes cū quibus ponuntur a tineis ⁊ vermibus custodiunt ⁊ a corrosione tutos reddunt / fructus lauri dicuntur bacce lauri / ⁊ sūt grana exteri⁹ nigra vel subrufa / interius alba ⁊ vnctuosa / in figura sperica / in complexione calida ⁊ sicca in secūdo gradu subtilē haben substantiam. ⁊ habent virtutem depurandi / cōfortandi. ⁊ in multis ponuntur vtiliter medicinis ex quib⁹ fit oleū preciosum quod valet contra multas ⁊ p̄cipue frigidas passiōes.

De diptano.

d

Iptanus est herba medicinalis cuius radix maxime conuenit medicinis. ⁊ debet eius substantia esse solida nō perforata / que cum frangit̄ nō puluerizatur virtutē hꝫ dissoluēdi / attrahēdi venenum / ⁊ cōsumendi. vnde valet cōtra venenosos morsus / ⁊ supposita vulnera ⁊ potata (vt dicūt dia. ⁊ platea.) cuꝫ paucis additis dicit̄ in multis habere virtutem tiriace / mēstruum ꝓuocat / ⁊ educit secūdinas / ⁊ fetum mortuum excludit / epilenticis ⁊ paraliticis cuꝫ succo rute subuenit (vt di. dia.) De hac herba di. plini. li. xxv. c. viij. ceruе inquit diptanum prio ministrauere. nam eius herbā comedunt / vt facilius pariant / ⁊ si sagittis fuerint lese diptanū querunt. quē comedentes ferrū excutiūt in vulnere derelictum. Ideꝫ dicit basilius in exame. ⁊ ambro. ⁊ expositor vbi loquit̄ de hinulis ceruorum. hec herba secundum plini. crescit i pluribus locis. sed illa minus est laudabilis que crescit in agris pinguiorib⁹ siue crassis. que autem crescit in locis asperis vel siccis melior est cuius minima portio gustata accendit os. (vt dicit Isi. li. xvij.) sicut dicit diptanus est mons crete ex quo diptanus nomē accepit. vnde virgili. Cerua vulnerata saltus pagrat diptanum querit. Tante enim virtus est vt ferrū a corpore excutiat. vnde ⁊ eius pabulo fere percusse eiciunt sagittas corpi inherentes. hanc quidā pulegium maris vocant / q̄r habet tela eiciēdi bellica potestatem. vt dicit Isido.

De draguntia.

d

Raguntia est herba sic dicta eo ꝙ hasta eius in modum colubri maculis sit respsa similitudinem imitatur vipere vel draconis. vel quia herbam ipsam vipere timent (vt di. Isido. li. xvij.) hec a multis serpentaria vel colubrina nūcupatur. Nam florem habet purpureuꝫ / diuisum / ⁊ aptum sicut os serpentis / de cui⁹ medio ꝓcedit quasi lingua serpētea acuta / nigra ⁊ rotunda. ⁊ in medio floris ipsius surgit quasi caput / semine grosso ⁊ rotundo / prius viride deinde rufum efficitur quando incipit maturescere. herba ista ſm dia. magne est efficacie ⁊ virtutis. nam radix eius exsiccata ⁊ puluerisata cū aqua rosacea faciem clarificat ⁊ colorat cum sapone gallico fistulam sanat mundat / ⁊ desiccat ⁊ os eius ita dilatat vt os fractum vel putrefactum extrahi queat. cum aceto ⁊ calce viua cancrum curat. folium eius in vino decoctum apostemata maturat / succus eius auditum ex frigida causa lesum sanat / visum clarificat / mēstrua ꝓuocat / emoroides idest inferiores venas sanguine fluentes consumit ⁊ desiccat / succus eius interius sumptus aborsuꝫ ꝓuocat / odore suo serpentes fugat / non enim leditur corpus a serpentibus / si cum eiusdem herbe succo iunctuꝫ fuerit aut linitum. hucusq; dia. ⁊ pla.

De draganto.

d

Ragantum secundum platearius ⁊ auicen. est gummi cuiusdaꝫ arboris cuius humor vel actiōe caloris vel constrictione frigiditatis naturalis indurescit / cuius species est triplex. nam est album purum ⁊ clarum. et illud melius est.

est etiã subrufum ⁊ citrinũ quod nõ ẽ adeo bonum sicut albũ/ cui nihil terre admixtũ est. qđ albũ est ꝯuenit frigidis medicinis subrufuꝫ ⁊ citrinũ debet ꝯponi in calidis. p. xl. annos seruari põt virtutẽ habet infrigidandi/ humectandi ⁊ mũdificandi ex frigiditate ⁊ humiditate conglutinãdi ex sua gummositate. valet ꝯtra vicia pectoris in electuarijs ⁊ sirupis. nam pect⁹ sic cũ humectat humorẽ perditũ restaurat/ tussim sedat/ scissuram labiorũ ⁊ oris vlcerationẽ conglutinat atq; sanat/ faciẽ mũdificat ⁊ dealbat. arthericos iuuat/ contra dissenteriam prodest. vt dicitur in pla.

De ebeno.

Ebenus est lignũ ethiopicũ colorẽ habẽs nigrũ tactum lenẽ/ durum/ planũ ⁊ ponderosum. vnde ꝓpter poroꝝ compactionẽꝫ positũ in aq̃ statim submergit᷑ atq; petit fundũ. vt dicit᷑ in libro vegetabiliũ. Est aũt gustu stipticuꝫ ⁊ mordax/ qđ igni appositum citius rapit ignẽ ⁊ suauem fumũ emittit/ ⁊ odorẽ. in coticula ꝯfricatũ rufum oñdit colorẽꝫ. virtutẽ habet purgatiuaꝫ ⁊ ꝯfortatiuam. ideo collirijs vtiliter abibet᷑ (sicut di. pli. ⁊ diasco.) De ebeno etiã ait Isido. lib. xvij. eben⁹ inquit in india crescit ⁊ in ethiopia qui cesus diu indurescit in lapidẽ. cuius lignũ nigrũ ⁊ cortex lenis vt lauri. indicũ maculosum est ⁊ vanũ. sed melius qđ in nullo maculosum. sed nigrũ est ⁊ lene. Solet aũt poni iuxta crepundia vt infantẽ visu nigra nõ terrerant vt dicit Isido. ⁊ virgilius. ebenũ ꝯmendat plini. lib. xij. c. v. dicens ebenũ esse arborem auro ꝯpabilem. ideo ethiopes solebant ebenũ cum auro ⁊ ebore offerre impatorib⁹ ꝓ tributo. vñ ⁊ regina saba legit᷑ talia ligna dedisse salomoni. quarto Regum. iiij.

De edera.

Edera ab herẽdo est dicta. vt di. Isido. eo ꝙ arboribus adhereat vel dicitur ab hedo/ q: sumpta in cibũ a capris lac multiplicat vnđ nutrimentu r hedi. radix eius durissima ꝑforat. frigiđ est nature ⁊ frigidã indicat esse terrã vbi crescit virorem diu seruat ⁊ nõ ꝑdit folia que diu viret amari ⁊ stipici est saporis. hedere aũt ꝭm pli. libro. xvi. c. xxxiij. sunt due spẽs. s. alba ⁊ nigra s. masculus ⁊ femina. Masculus est maior ⁊ i folijs durior ⁊ pinguior. hedera vero alba fructum habet albuꝫ. ⁊ nigra nigrũ. Solent autẽ poete coronari folijs hedere in signũ viuacis ingenij ⁊ subtilis. q: hedera semꝑ viret. similiter hedera coronati incedebant illi qui sacris liberi patris. i. bachi ministrabãt. vnde hec arbor deo vini sacrata fuit. silr ⁊ marti. vñ ⁊ allexander magnus suos milites decorauit hedera qñ de india triũphauit. vt dicit idẽ plini. exemplo liberi patris qui galeas suorũ tirso hedere adornauit. Est aũt arbor vt dicit idem. multuꝫ in altum se extendẽs/ ꝙ diu inuenit arborẽ vel murꝫ per quẽ serpat. radicosa seu ramosa habẽs brachia ⁊ baccas quasdã sed amaras. cuius vmbra est nociua ⁊ satis inimica frigori/ serpentũ gratissima rumpẽs muros ⁊ sepulchra. vñ mirꝫ est ꝙ haberi in honore a veteribus fuerit ꝯsueta. folia habet intercisa ⁊ angulosa. grauis odoris ⁊ plana/ sed amara/ sub quorũ vmbra latent vermes. Item caplo tricesimoquarto. mira ꝑditur facere natura herede ad explanda vina. nam si fiat vas ex ligno eius vina transfluere ⁊ aquã si qua mixta fuerit remanere certuꝫ ẽ huiusq; plinius.) Secundũ diascoridem autẽ hedera quãuis sit amara/ vtilis tamen est medicine. nam virt⁹ ei inest stiptica ⁊ constrictiua ⁊ ideo dissenterijs medet᷑. succus eius in narib⁹ instillatus/ caput purgat ⁊ dolorem eius mitigat. succus eius cum oleo tepidus/ aurib⁹ immissus/ cõtra surditatẽ iuuat. Item idẽ hedera ex cõtrarijs est composita. ⁊ ideo in causis contrarijs operatur. ꝓpter quod virtuteꝫ habꝫ maturatiuam/ attractiuam/ mũdificatiuam/ ⁊ mitigatiuam. ⁊ apponi sepius solẽt eius folia ad cocturas. eius gummi diuerticum est ⁊ dissolutiuum. valet contra calculum. eius folijs nutritus hircus sanguinem habet acutiorem. ⁊ ad frangendum calculum in renibus ⁊ uesica fortiorem. Est autem quedam species herede sup cuius folia cadit ros ⁊ inuiscatur ac in ladonum commutatur. cuius virtus magna a medicis experitur. nam fumus eius menstrua prouocat ⁊ educit/ secundinas expellit/ reuma compescit/ caput ⁊ sensus confortat/ tussientes iuuat/ ⁊ fluxum ventris sedat. ⁊ in multis medicinis adhibet᷑ vtiliter. vt di. dia.

De elitropio.

Elitropium est herba sic dicta eo ꝙ solstitio estiuo floreat. vł quia solis mõtibus folia circumacta cõuertat Unde a latinis solsequium appellatur (vt di. Isido. lib. xvij.) nam sole oriente flores suos aperit/ ⁊ cum sol occubuerit/ iterum se reducit ⁊ hec verrucaria dicitur/ eo ꝙ extingat verrucas ⁊ abstergat/ siue potet᷑ siue cataplasmetur. (vt

dicit Isido.) secũdum aũt platea. solsequium solis sponsa dicitur. ⁊ est herba frigida ⁊ humida in secũdo gradu/ cuius succus bibit⁹/ valet cõtra venenum sumptũ interius. valet etiaȝ cõtra morsum caninum ⁊ venenosum/ si trita supra vulnus ponatur/ cõtra calefactionem epatis ⁊ opilationem multũ iuuat ⁊ valet.

De Eleboro.

Leborus (vt dicit Isido.) ab eleboro fumo sic dicitur vbi plurimũ gignitur. hunc romani veratruȝ dicunt. eo ꝙ sumptum mẽtem motaȝ in sanitatem reducat/ cuius duo sunt genera. s. album ⁊ nigrum alb⁹ dicitur eleborus/ q: radices habȝ albas/ ⁊ albos ⁊ flegmaticos humores purgat. niger vero nigras radices habet/ ⁊ nigros humores. s. melancolicos purgat siue mundat. Est aũt secundum dia. ⁊ alios auctores herba multũ violenta in virtute ⁊ recipienda medicinaliter cuȝ cautela. multũ enim ledit ⁊ cito interficit quãdo indiscrete aliquib⁹ adhibetur. valet tamen ꝯtra multos morbos/ si debito exhibetur modo (vt di. dia. q: quartanas febres soluit/ vermes in auribus ⁊ alias interficit/ epilẽticis ⁊ litargicis subuenit/ eius puluis si cum pane misceat/ ⁊ a muribus comedat mures interficit (vt dicit dia. et etiam plateari) Inter omẽs aũt huius herbe duas spẽs melior est eleborus albus ⁊ est calide ⁊ sicce cõplexionis in tertio gradu ⁊ crescit in locis montanis ⁊ humidis ⁊ habet folia similia plãtagini sed longiora ⁊ in fine acutiora ⁊ stipitem vni⁹ cubiti siue magis. cuius radix laxat multum superius ⁊ inferius. ⁊ nunquam debemus eleboro vti/ nisi materia fuerit digesta prius ⁊ preparata. ⁊ tunc etiã cũ cautela. ⁊ ideo Ipocras di. si uelis eleborum ducere moue corpus/ ne. s. sumens eleborum semp dormiat. ⁊ habet virtutem resoluendi humidũ in ventositatem. vnde sequit suffocatio spirituũ ⁊ mors (vt di. dia sco. ⁊ pla. (Eleborus aũt niger multum periculosior est.

De Esula.

Esula quedam arbor est que a medicis calida dicitur in tertio gradu atꝗ sicca (vt di. dia.) cuius radix maxime valet in medicinis/ cuius multe sunt species. ⁊ illarũ virtus nũc est in lacte ⁊ in humore/ nunc in semine nunc in radice vnde dicitur. Lacanabula parat caputia semine gaudet. Esula radicis cortice prestat opem. Est enim esula herba plana habens folia ⁊ rupta emittit lacteum humorem qui quidem est vlceratiuus ⁊ carnis siue cutis corrosiuus. flegmaticos purgat humores. etiam valȝ hidropicis ⁊ alijs patientibus ex humore flegmatico varias passiones

De Eruca.

Ruca est herba alba domestica aliquando siluestris calida ⁊ humida diuretica ⁊ aperitiua. renes confortat/ paralisim curat/ vrinam prouocat/ vesicaȝ ⁊ renes purgat/ vtilis est in cibo ⁊ in medicina/ flores eius apes diligunt ⁊ frequentant. vt dicit plinius.

De Enula.

Enula est herba cuius maneries est duplex. scilicet ortulana ⁊ cãpana que maioris est efficacie in radice. Nã radix debet colligi i principio estatis ⁊ in sole exsiccari/ ne ex humiditate corrumpat. virtutem habet leniendi/ mũdificandi/ ⁊ neruos cõfortandi/ ⁊ viscosam humiditatem cõsumendi valet mirabiliter in frigida tam cõtra tussim ⁊ spũalium membrorũ frigidos passiones. vnde scriptum est in marco. Enula campana reddit precordia sana.

De epithimo.

Epithimum est flos thimi que ẽ herba cui⁹ tota virt⁹ in flore est. naȝ solus flos ponit in medicinis (vt di. dia. pli. ⁊ pla.) virtutem hȝ purgandi flegmaticas vel melancolicas passiones. vnde valet cõtra quartanas ⁊ etiaȝ quotidianas accessiones. valet etiam ẜm constan. cõtra stranguriaȝ ⁊ difficultatem vrinãdi ⁊ etiam cõtra splenis ⁊ epatis opilationem.

De ebulo.

Ebulus est fruct⁹ siue herba i folijs ⁊ in stipite sambuco quidẽ arbori simillima. cui⁹ radicis cortices frondes ⁊ flores sunt vtiles in medicina. hȝ etiam ẜm dia. ⁊ pli. virtutem dissoluẽdi ⁊ cõsumendi grossum flegma ⁊ viscosũ. Vñ succ⁹ ebuli valet cõtra arteticã ⁊ ꝯtractõeȝ neruoꝝ manuũ atꝗ pedũ. vȝ etiã ꝯtra leucoflegmantiã. i. hidropisiȝ ex flegmatica cã atꝗ frigida siue alba. vȝ etiã ꝯtra tumores ⁊ collectiões intercutaneas vbicũꝗ in corpe colligant. Item vȝ maxime ꝯ ꝯcussiones corpis atꝗ casus/ si patiẽs in eius decoctiõe frequẽtius foueat. nam dolorẽ mitigat/ tumorẽ sedat/ virtutẽ ⁊ robur neruis ⁊ iunturis ossium administrat. odore quidẽ est ebul⁹ herba fetida ⁊ sapore min⁹ grata/ sed in virtute ⁊ efficacia ab antiqs medicis optima ad medicandũ est apud veteres iudicata. vt dicit plinius diascorides ⁊ platea.

De fico.

F Icus est arbor a fecunditate dicta alijs enim arboribus fecūdior est nam ter quaterq; p singulos ānos fructum gignit atq; altero maturescente oritur alter statim. Ficus autem egyptia fecundior fertur. cuius lignū in aqua missuz ilico mergit͛ ⁊ cum in limo aliquādiu iacuerit/ deinde in supficiez sursum eleuat͛. versa vice maturē. qm̄ madefactum debuit humoris pōdere residere. Tempore vero pictagore/ alebant͛ ficubus galate anteq̄ idem ad eos carnis vsū que fortior est abus transtulisset. a senibus aūt in cibo sumpte ficus rugas eorum distendere ferunt͛/ tauros quoq; ferocissimos ad fici arboris colligatos dicunt repente mā suescere. ficus aūt cuiusdam arboris remedio que dicitur caprificus (vt asserunt) fecundat͛ (hucusq; Isido. li. xvij. c. vij.) Secūdum aristo. lib. vegetabilium humor corticis arboris qui est quasi sanguis ī aīalibus/ in quibusdā est lacteus. vt in ficu ⁊ in moro. sed fici lac habet vim coaguli ad faciendos caseos sicut flos cardi casealis. Est autem eius humor multū vnctuosus. ⁊ ideo ficus est multe fecunditatis. quod enim est vnctuosū transit in fructū/ ⁊ quod subtile ⁊ aquosuz in folia transmutat͛. que quidem sūt lata ⁊ scissa. ⁊ ī extremitatibus pinca ⁊ acuta/ quorū lacte siue succo membra genitalia pluuita dicunt͛ moueri ad pruritum ⁊ libidinis incendiū. Simile enim est sup Genesis tertio. s. ibi. fecerūt sibi d' folijs ficuū perizomata. cōtingit aūt ficum arborem (vt dicit aristo.) sterilescere aliquādo ꝓpter humoris defectum/ aliquādo ꝓpter superfluam humiditatis habūdantiam. ⁊ in vtroq; casu indiget medicina. vnde agricole ei subueniūt in defectu humoris p fimum cōuenientez ⁊ aquam dulcem. quando vero superhabundat humor arborem clauis pforant/ ⁊ superfluum humorem euacuant. sicut supra de arborū medicina est ostesum. De fico autem arbore siue ficu dicit plini. lib. xiij. c. viij. omnia que supra sunt de Isido. introducta. ficus inquit egyptia est arbor fecūdissima moro similis in magnitudine ⁊ in folijs ⁊ in aspectu. quater ī estate profert fructum. sed primum generat immaturum cui similis est ficus cipria que quater germinat ⁊ fructus quaternos facit siue parit. sed grossus eius non maturescit/ nisi prius incidatur/ ⁊ lactis superfluitas emittet͛. ⁊ emittit germina sua sine folijs in extremitate ramorum. ⁊ habet similitudinem in radice cum populo et in folijs in extremitate cum vlmo ⁊ est in quantitate fabe fructus magnitudo. Est autem ficus tenera arbor ⁊ debilitata. ⁊ ideo a forti frigore de facili leditur ⁊ potissime quādo incipit geminare. Item idem plini. lib. xij. c. vi. est ficus indica exilia quedam ferens poma vastis ramis transfusa/ qui rami in terra adeo incuruātur pondere suo q̄ terre infiguntur. ⁊ sic nouaz progeniem faciunt in circuitu circa parentem vel circa stipitem ⁊ tandem faciunt vmbram ⁊ densitatem q̄ pastores sub eius ramis ab estu ⁊ a vento se abscondunt. Superiores autem rami matris in altum valde se extendunt. collaterales vero vasto circuitu iuxta matrem se extēdunt. ⁊ quasi siluosa multitudine vmbraz magnam faciunt. folia autem sūt latissima ad modum pelte amonite disposita. poma autem facit multa sed modica que fabe magnitudinem vix excedunt sed inter folia calore solis ita decoquuntur q̄ pre dulci sapore ad comedendū digna miraculo reputantur. ad hoc dicit plini. lib. xv. c. xix. q̄ est quedam arbor que dicitur silvestris ficus que in alio nomine dicitur caprificus nunquam maturescens sed quod ipsa ex se non habet alijs tribuit. nam cultores solēt aperire ora radicum vel corticis arboris ficus. ⁊ ibi intus īfigere surculos ⁊ ramos caprifici ex quorum insertōne aperta radice attracto aere nouo ⁊ humore ei congruo vigorem recipit ⁊ virtutē vnde ⁊ humor lacteus qui est materia fructus in ipsius transit pastum. sicut supra patet in dictis almuri. in tractatu de causa fructificatiōis arborum ⁊ herbaruz. ⁊ ideo dicit q̄ tales arbores debent taliter iuxta fructiferas ordinari vt venti flatus euolantis in ipsam ficum ferant͛. ad hoc vtilior est ventus australis q̄ aquilonaris. quia simpliciter plus nocet ille ventus borealis ficui q̄ australis. quare in aquilonari pte minus proficiunt fici ⁊ plus arescunt. quia eorum humor lacteus facilime consumitur. et etiam congelatur vbi habet dominiuz talis vētus. De effectu autem fici vel ficorum quo ad radicem/ folium/ corticem/ ⁊ fructum. quere supra in tractatu de caruca in littera. C. vbi expssius continetur

De Fraxino.

F Raxinus est arbor. (vt dicit Isi.) crescens in locis asperis ⁊ montāis ex qua fiunt haste que franguntur Unde ouid ⁊ fraxinus vtilis hastis De fraxino aūt dicit plini. li. xvij. c. xiij. Inter arbores quas materie causa natura genuit vtilis fraxinus que est recta arbor alta seu procera ⁊ rotunda atque recta siue pineata folio.

que hominuz preconio achillis hasta vocata est cedro in aliquibus partibus ita similis est vt cortice ablata emetes fallit. cuius folia contra venenū sūt vtilia. naz succo expresso et potui dato contra serpentes summe opiferū est. tātaqꝫ ei vis est vt serpentes eius vmbram matutinam vel vespertinam nō attingant. qꝫ si inter ignem et folia fraxini ponatur serpens/ in ignē potius qꝫ in fraxinum fugiet. Sunt tamē folia eius iumentis mortifera in grecia/ ceteris autē ruminantibus sunt innocua. In italia vero iumentis nō obsunt. prius aūt floret qꝫ frondeat nec ante flores cōditos folia dimittit. Sūt autem duo genera vt dicunt greci. quedam est longa nō nodosa alia breuior est in folijs ac durior lauro silis. Alij vero diuidunt ſm fraxinū scitum. s. in campestrā et in mōtanam. campestris folia sunt magis crispa / sed montane magis spissa. et folia illa alijs sūt meliora (hucusqꝫ plinius.) Secūdum pla. autē fraxinus est arbor calida et sicca in secūdo gradu. cuius cortices et folia cum aniso et fungis qui crescūt super eam cōpetunt medicine. nam fluxum ventris stringunt. vomitum ex de fectu virtutis retentiue cobibent si cum aqua fluuiali et aceto decoquantur et super stomachum apponant.

De fago.

Fagus est arbor cui materia in multis ē necessaria. sed ut dicit Isido. lib. xvij. et pli. lib. xvi. fagus est arbor glandifera sic dicta. qr fagorum fructibus quōdam vixerunt homies. et ex eis sumpserūt cibum. Nam fagin grece comedere dicit latine vt dicit Isido. lib. xvij.) Plinius li. xvi. dicit sic. fagi glans exterius triangula cute leui includitur similis nucleo. sed cortice molliori cuius medulla muribus est accepta. et glires impinguat tardis etiam colūbis puenit et eas nutrit eius cortex multum est utilis/ maxime apud aquilonares pictos qui inde faciūt vasa diuersis vsibus valde apta. vt di. idem. c. x. Idem dicitur in eodem qꝫ glādes siue fruct⁹ fagi multum sunt dulces et nutribiles et carnes aialiū que inde nutriūtur facit coctibiles subito vtiles atqꝫ lenes. nam est arbor multū solida/ sed rara potius et porosa. et ideo nō multum durat (dicit idem) verūtamen eius substantia multis est apta ad asseres et multa fabricanda. cu⁹ substantia pura a vermibus nō corrosa arti vitree summe est necessaria. qr ex eius cinere vitrū cuz aliorum quorūdam appositione p ignis cōflagrationez artificialiter preparatur et pauca ligna inueniūtur que operi tam mirabili sint p omia ita apta. lignum quidem leue est ac porosum (vt dicit pli. et aliquantulum gūmosum in multis locis. et ideo de facili insandit et de facili corroditur a vermibus aut cōputrescit. flores etiā quosdam emittit ad modum tilie sed non ita odoriferos et tamē illos frequentant apes mel siluestre in concauitatib⁹ arborū colligentes.

De Faba.

Faba vt di. Isido. lib. xvij. dicitur a greca ethimologia. q. faga. nam fagin comedere dicit. Est enim genus leguminis quo antiqui in comedendo solebant vti. Huius spēs due sunt quarū altera est egyptia. altera est cōis et illa quādo dicitur fresa/. o qꝫ hoīes fredant molendo sepius ac cōfringant. vt dicit idem. Est aūt faba ſm dia. ſba in ortis et agris seminata/ cuius hasta surgit angulosa /grossa/ et nodosa/ folium vel folia in singulis nodis pducens lata /plana/ et aliquantulū obacuta. florem pducit albuz in summitate purpureum siue nigrum /odoriferū et multū ab apibus frequentatum. In hasta autem pducit diuersas hastas carnosas et oblongas que interius quasi sub diuersis domicilijs ab inuicem sunt distincte in quibus fabe p ordinem sūt locate. et ille tecte primo sunt virides exterius /interius vero albe atqꝫ molles/ et paulatim calore desiccante indurescūt/ et tandē pariter cōnigrescunt. et hoc maturitatis indiciū est. Est autem faba secūdum dia. et pla. frigida et sicca/ nisi sit viredis. et tunc est humida in primo gradu que viridis comesta parū nutrit humores grossos generat. inflationem in superiori parte ventris facit. et ideo stomacho est nociua. sanguinē grossum et melancolicū creat/ et fumum grossum qui cerebrum offendit. somnia vana et terribilia inducit. p decoctionem et assaturam eius ventositas inflatiua diminuit/ sed totaliter nō aufertur. fabis siquidē assidue vtētes dolorem intestinorum patiunt. splenē opilant. ventrem stringunt cum cortice comeste ad dirigendum sunt dure/ sed multum inflatiue. Est tamen fabe medulla mūdificatiua. Unde eius colatura faciem purgat. et potata pulmōnē mūdificat. apostemata mamillarū curat cuz rosis mixta. dolorem et liuorem oculorum lippitudinem abstergit masticata et timporib⁹ apposita humores ad oculos reumatizātes compescit. scissa et super venam insassaz posita sanguinem restringit. lac effluēs de mamillis sistit et effluere non permittit podagricis et arteticis cuz adipe ouis decocta subuenit si sup dolorisi locum cataplasmetur. tumores et collectiones

ă postematŭ repercutit si in principio decocta in aceto tumori apponatur. De fabe aût matura d. pli. li. xviij. c. xij. Inter legumina faba dicitur optima quã multi miscẽt cũ pane siue cum materia panis/ vt sic panis põderosior eẽ videatur pictagorica tñ snĩa dãnata ẽ. quare eius frequens vsus ebetare dr̃ sensus ⁊ somnia etiam facere estimatur. vel vt alij tradiderũt quoniã mortuorũ aĩe sunt in ea/ qua de cã varro tradidit flãmẽ. s. pontificẽ faba vesci nõ debere. sola aũt inter fruges etiã excisa crescẽte lũa crescit ⁊ replet̃. ⁊ ĩ aqua marina siue alias salsa nõ decoquit̃ serit̃ siue seminat̃ ĩ occasu pliadũ ⁊ ante hiemẽ. qñ est in flore aquas maxie cõcupiscit. cũ vero effloruerit diligit siccitatem ⁊ solũ siue terrã in qua seminata ẽ fecundat stercoris vice. ⁊ iõ in tessalia vertunt̃ agri in q̃bus fabe seminate fuerãt quãdo primitꝰ sunt in flore. Crescit aũt faba p se in multis locis ⁊ maxime in mauritanea ⁊ in insulis occeani septẽtrionalis. sed ita dura ẽ ꝙ vix decoq̃ potest. Nascitur etiã in egipto sed spinosa. ⁊ iõo cocodrilli eã refugiunt/ timẽtes ne oculi eorũ ledant̃ spinis eius cuius longitudo ẽ. x. cubitorũ habens caput admodũ papaueris/ coloris rosei in quo fabe includunt̃ nõ supra tricenas. ⁊ ẽ eius culmus siue calamꝰ geniculatus habẽs folia ampla ⁊ fructũ aliquantulũ subamarũ. radix eius ẽ comestibilis cruda ⁊ cocta ĩ magnitudine arundinũ similis radicibꝰ (hucusq; pli. li. xviij. c. xij.) sed in. c. xviij. d. idẽ virgilius inquit nitro ⁊ amurca fabã pscindentibus. ⁊ sic eã grandescere permittit. quidã etiã dicunt fabas citius crescere ⁊ adolescere si triduo anteꝙ seminant̃ in vrine aqua maturent hucusq; plinius.

De frumento.

Frumentũ a fruendo est dictum id ẽ a vescendo sicut ⁊ fruges (vt d. Isi. vnde frumẽ superior ps gule dicitur vnde potissime cibi sapor p̄sentat̃. Est autem propriũ frumẽti habere aristas in summitate spicarũ crescẽtes ⁊ grana iacentia in folliculis imminẽtes. Nã in omni specie frumẽti de radice erumpit culmꝰ ⁊ de culmo ꝓcedit spica. quibusdã folliculis siue testis cõtecta in quibus grana reducunt̃. In extremo autẽ spice ariste tenues ⁊ acute imminẽt in modũ spiculi a quibus spica nominat̃. q2 illis aristis quasi spiculis muniunt̃ ne auiũ minorũ morsibus spica a suis fructibus exuat̃. aut a bestijs teratur. cuiꝰ folia siue vagine quibꝰ fulcit̃ culmus ⁊ ambit̃ ne pondere frugis incuruet̃ dr̃ stipula quasi vsta ab vsto sic dicta. q2 collecta messe exuritur stipula ꝓpter agri culturam. cuiꝰ ps ad pastũ animalium reseruata/ palea dr̃ eo ꝙ primũ sola pascendis animalibus p̄beatur. cuius natura in tantum est frigida ꝙ obrutas niues fluere nõ sinat ⁊ adeo calida vt poma maturescere compellat (hucusq; Isi. li. xvij.) Sunt aũt frumẽti multi genera vt. d. idẽ Isi. ⁊ etiã pli. li. xviij. vtputa triticũ/ far/ ordeũ/ siligo/ panitũ/ ⁊ miliũ/ ⁊ huiusmodi. de quibꝰ post dicetur/ sed hoc ẽ generale. Circa hec frumenta etiã attẽdenda est soli siue terre qualitas vbi hec serant̃. nã quedã in vna terra proficiunt/ que in alia deficiunt ⁊ penitus marescunt nã ordeũ in noualibꝰ proficit vbi triticum deficit ⁊ arescit (vt dicit pli.) ⁊ sic de alijs ẽ intelligendũ. Itẽ attendit̃ seminatiõis qualitas. q2 quedã citius/ quedã tardius sunt seminanda. Nã citius semina hiemalia/ tardiꝰ estiualia. quedã etiã in terra profundius. quedam supficialibus sunt terre finibus cõmittẽda. vnde alio modo ẽ seminãdũ triticũ. ⁊ alio modo far sicut ⁊ alio tpe gith milum ⁊ luminũ sicut expsse dicit Hiero. sup Isa. xxviij. Item maxime attendit̃ cõgruitas tẽporis tam in seminando ꝙ in colligendo. q2 ẽm pli. li. xviij. hoc vtilius fit interlunio ꝙ tpe alio q2 tunc semina, sic collecta potissime a vicijs cõseruant̃ Itẽ attenditur tẽporis serenitas. vt dicit Isi. serere enim a sereno celo dicit̃. q2 tunc serendũ est ⁊ nõ per imbris. vnde virgilius. mundꝰ serendus meorũ. Et q2 (vt d. pli. ibidẽ. c. xvij.) accidit frumẽto viciũ. q2 si tẽpus fuerit nimis ventosum ⁊ hoc tribus vicibꝰ seu temporibus scz quando est in flore. ⁊ quando incipit deflorere ⁊ quando incipit maturescere. ex flato enim noxio spica euanescit ⁊ exinanit̃ ⁊ d̃ fructu suo patitur abortiuum. Itẽ nocet tempus pluuiosũ nimis. q2 tunc totũ vel extinguit̃ ex frigiditate humoris. vel in herbam ⁊ foliũ superfluũ luxuriat̃. Itẽ nocet calor subitꝰ ⁊ immoderatus sub nube clausus. q2 dum humor ad interiora radicis rapit̃ vi caloris tũc ex humore calido ⁊ viscoso nascunt̃ quidã fermiculi circa radicẽ ex quorũ corrositate fruges herbe viciat̃. Itẽ in grano circa folliculos nascũtur vermiculi corrũpentes frumẽti granũ quãdo spice in pluuiali tpe post calorẽ immoderatũ corrũpunt̃. Itẽ in tpe nimis sicco depauperatur frumẽtũ ex humore/ ⁊ sic perit ꝓpter defectum nutrimẽti. vel crescunt in eo quedam musce virides que vocãtur cãtarides/ virorem frumenti penitus corrodentes. quandoq; etiam multiplicantur locuste et bruci/ quorũ dente omnia deuastantur. Itẽ exigitur in ipo semine frumẽtali puritas. nã vt dicit pli. idẽ. c.

xvij. si femina de opite aut adipe tangerentur vtriqꝫ femina corrūperent. ꝛ iō cauendū est sū moope ne talibus misceāt. qꝛ oīa seminatiua que ab illis sunt infecta corrūpunt. Jtē reqritur in crescente frumento culture studiositas. oportet eni vt a supfluis cautius ꝛ diligenti⁹ expurget. nā vt dꝛ ibidē. Jnter oīa frumenta aliqū herba mortifera inueniꝛ vt lotiū lappatiū ꝛ huiusmodi. qꝺ accidit ex vicio ꝛ malicia attracti humoris vel ex defectu virtutis seu caloris sufficienter singula nō mutantis. Jtem ibidē dꝛ ex rore corrupto adherente folliculis in granis accidit corruptio frugis que dꝛ rubigo/ qꝛ spica inde corrūpitur ꝛ inanitur et in colorē rubigineū transmutat. Jnter oīa autē frumenti genera triticū obtinet principatū. qꝛ humane nature nihil ē amicabilius. nihil nutribilius. nihil etiā salubrius inuenitur. sed ꝺ hoc quere infra sub littera. S. quere etiam de messe ꝛ segete.

De farre.

Far autē est genus frumenti sic dictū eo ꝙ ab initio missum in pila frangeretur anteqꝫ vsus mole haberet. a farre aūt dicitur varrago (vt dicit Jsid.) Est eni herba ordeacea adhuc viridis in qua grana ad maturitatē non turgescunt.

De farina.

Farina que panis ē materia a farre ē dicta. Nam far siue frumentū iter molas fractū farinā facit. vel dꝛ a fartiendo/ qꝛ in panē redacta fartit vētrē. vel dicitur farina ꝓprie quando frumētū inter molas optime est cōfractū furfure nōdū a medulle substantia separato. nā quando flos medulle separatur a furfure siue cortice/ tunc simula vel simulago nuncupat. Dicit alio noīe polen siue polis vnde deriuat hec polēta ꝛ hoc pulmētū a pulte dictū (vt dicit Jsid. li. xx. c. vij.) quidā tamē dicunt polentā esse pultes de farina purgatissima factas. ꝛ dictam polentā a polline qꝺ est farina delicata que volat a mola in molendino ꝛ alio nomine a molū dicitur. qꝛ pre sui leuitate a mola eijcitur sicut ꝛ simila id est sine mola. Polenta tamē alias hꝫ significatiōes vt dicitur in glo. sup iosue. v. comedunt polentam eiusdē anni. grana scꝫ cocta ꝛ manib⁹ cōfricata ꝛ a folliculis sepata admodū grani et pilo tunsi. ꝛ scd̄m hoc dꝛ polenta quasi pilenta. Sed quocūqꝫ noīe vocetur farina vtilis ē cibo ꝛ in medicina. Jnde eni fit panis ꝑ aq̄ admixtionē ꝛ ignis decoctionē aliquādo cibarius. i. seruis i cibū datus nō delicatus. quandoqꝫ vero panis fermētatus fermēto mixtus quandoqꝫ etiā azimus sine fermēto/ cinereus siue sincerus. quandoqꝫ subcinerici⁹ in cinere coctus ꝛ reuersatus qui ꝛ focarius dꝛ. quādoqꝫ clibanari⁹ in clibano coctus siue in furno. his ꝛ multis alijs modis de farina arte pistoria fiunt panes (vt dicit Jsi. lib. xx.) qui oēs cor hoīs cōfortant ꝛ cor nutriunt ac delectant deperdita reparant ꝛ restaurant. vires laborantibus administrant. sed pre omnib⁹ panis recens ꝛ mundus. de farina triticea preparatus (vt dicit Constan. in die.) magis amicabilis ꝛ cōueniēs est nature. Farina itaqꝫ mola terit ꝛ frangitur crebro a furfure diuiditur. calida aqua aspergitur fermētatur ꝛ sapidior redditur. ꝛ pistata in formā panis redigitur. ꝛ tādē decoqtur. ꝛ sic vltimo post multos labores vita hoīs inde reficitur ꝛ nutritur. Utilis ē insuper farina in medicina qū cū alijs cōuenienti bus debito modo admiscetur. nā farina cum melle mixta faciei pustulas sanat ꝛ emendat. vt dicit diasco.) mamille ex coagulatione lactis indurate apposita farina triticea vel siliginea cū adipe ꝛ vino decocta duriciē spergit et locum mollificat vt d. idē. collectiōes ꝛ apostemata maturat. neruos induratos et quasi spasmaticos aut ꝯtractos relaxat (vt. d. idem

De fermento.

Fermentū a feruore ē dictū. qꝛ feruere ꝛ crescere facit pastam (vt d. Jsido. li. xx. ca. i. Est autē fermentū cōpositum ex diuersis virtutibus similē habēs substantiam ꝛ virtutē. ꝛ ideo virtutē habet panis eleuatiuā ꝛ sui acetositate saporis ipsius paste siue panis munitiuā. ꝛ in ipsius similitudinē totius masse cui admiscetur cōuertiuā. hꝫ etiā scd̄m diasco. virtutē humorꝫ extractiuam ꝛ qū admiscetur cū sale hꝫ vim apostematum maturatiuā ꝛ apertiuā. nā poros corpis aperit subtilitate sue substantie ꝛ humores dissoluit. fermentū aut latine zima dꝛ grece. vnde farina pura cōspersione aque cōglutinata dꝛ azima quasi sine zima/ ꝛ est zima inflatiua/ corruptiua/ perforatiua/ ꝛ diuisiua ptiuꝫ panis siue paste/ cui cōmiscetur. vt dicitur super epistolā. primo Corin. quinto.

De fumo terre.

Fumus terre ē quedā herba calida ī primo gradu ꝛ sic appellata. qꝛ vt fumus in multa quātitate emittitur de terra vel sic dꝛ qꝛ generatur a quadā fumositate grossa a terra resoluta ꝛ circa terre superficiē adherente (vt dꝛ in platea) que quāto viridior tanto melior. exsiccata vero nulli⁹ ē efficacie ꝛ est grauis odoris ꝛ horribilis saporis magis tū ē virtutis/ purgat eni melancoliam

fleuma & coleram valet cōtra scabiē & ꝯtra hidropisim et frigida cā. iuuat podagricos. et valet ꝯtra splenis & epatis opilationē. vnum tū viciū hꝫ ista herba qꝛ inflatiua ē & ventositatis generatiua. & iō eius ventositas debet reprimi cū aniso & cum feniculo ne generet corrosiones. (vt dicit platea.

De feniculo.

F Eniculus ē herba cōis multe tamen efficacie & virtutis. Est eni herba calida & sicca in secūdo gradu. virtuteꝫ habet diureticā & aperitiuā scꝫ & incissiuam. ex subtili substantia & qualitatibus suis. vt d platea) cuius semina radix & folia cōpetunt medicine. vnde Isi. li. xvij. c. vltimo. feniculū latini vocant eo ꝙ eius tirsi siue radicis succ⁹ acuat visum oculorum. Cuius virtus eē traditur vt serpentes annuā senectutē eius gustu deponāt. hanc etiā herbā greci maratrum vocant. Istud aūt sumit Isi. ex certis dictis pli. li. xx. c. xxiij. feniculū inquit nobilitauerūt serpentes qui gustu eius senectutē exuunt/ oculorūꝙ aciē ipsius succo reparant. vnde etiam intellectū dant homini/ caliginē eo ꝓpue reuelari/ vnde ex eius succo fit collirium contra caliginē oculoꝝ valde aptum. Huius duplex ē species. s. ortensis & siluestris. cuius semē cuꝫ vino potatū cōtra morsus serpentū & ict⁹ scorpionū valet. succus eius auribus instillatus vermes necat ac stomachū stringit & corroborat. nauseā sedat/ calculum frangit & vrinā excitat. lac in māmillis multiplicat. radix ei⁹ renes purgat cū vino cocta idropicos curat. canis morsum sanat. Hec oīa facit feniculus ortensis. sed fortius opaꝛ hec eadē ipomaratrū scꝫ feniculus aggrestis. vt dicit dia.

De ferula

F Erula est herba cuius succus dꝛ galbanū. vt d. Isid. li. xvij.) de quo fit mentio. Eccle. xxiiij. vbi dicitꝛ ꝙ scorax & galbanū &c. vbi dicit glo. galbanū scd̄m pli. dat siria in monte quodā vbi habūdat ferula a qua fluit resine modo. Dicit aūt plini⁹ li. xx. ca. xxiij. ferule semen ē aneto simile/ cui⁹ folia & rami coctilā oleo & comesti cū melle stomacho cōueniunt. sed si nimis comeduntꝛ/ dolorē capitis faciunt. cuius radix bibita ad pōdus denarij in duob⁹ ciatis vini. valet ꝯtra serpentū morsiones. succus eius magnitudie fabe deuoratus aluū soluit. cuius medulla viridis imundicias faciei tollit. semen ei⁹ in vino bibitū sanguinē sistit. patientib⁹ caducuꝫ morbū subuenit. Omnis aūt species ferulatum murenis infestissima est. nā eius lacte statim moriuntur. succus eius confert claritati oculorum (hucusꝙ plinius.

De feno.

F Enum est dictum ex hoc ꝙ ex eo flāma nutritur. flos enim flamma ē. (vt dicit Isi. li. xvij.) oīs eni herba mollis precisa sicca fenum dici pōt/ & maxime que feribus animaliū apta est nutriendis. Naꝫ fenum cibus est ꝓprie iumentoꝝ. De feno aūt dicit glo. sup Isa. xl. fenū nascendo hꝫ virorē & crescendo decorem. deinde florem/ tandem calore solis siccatū redigitꝛ in puluerem. sicut & homo per etatū successionē decorem amittit ac cadit in puluerem & in mortē. fenū itaꝙ ꝗ diu viret et frondet montes & prata vestit & ornat. et tam floꝝ diuersitatem/ ꝗ etiam viroris venustate ad sui aspectum intuentiū oculos allicit/ reficit/ & delectat/ propter substātie sue raritatē feruente sole eius humiditas de facili cōsumitur. & herba que primo florendo quasi ridere videbatꝛ tanꝗ a sua gloria spoliata penitus inuenitur. Nam fenū qd hodie oritur & virescit/ cras moritur & in clibanū mittitꝛ/ quia quasi subito deficit & arescit. sicut de imperio p similitudinē dꝛ in psal. Fiant sicut fenuꝫ tectorū quod pri. &c. vbi di. glo. quanto fenum altius stat et minus profunde inferius deprimit radicē/ tanto minus crescit imo citius deficit & arescat. fenū itaꝙ falcastro postꝗ contaminatū fuerit/ & vt melius exsiccetꝛ soli exponitꝛ & ne ex humoris supfluitate circa terrā cōputrescat/ furcis & rastris sepius reuelatur. tandē in cumulos & in aceruos plurimos recolligitꝛ & in vltimo in plaustris & vehiculis ad horrea deportatꝛ. & ibi ad diuersos vsus necessarios reseruatꝛ. Fena aūt nascētia in locis aliquātulum montuosis medіocriter siccis magis sūt odorifera & animalibus magis sapida ꝗ illa que crescunt in pratis palustrib⁹ et aquosis. vt d. pli.) qꝛ in illis humor nutrimētalis magis est digestus in illis vero minus.

De flagella.

F Lagella dicuntꝛ sūme arborū & vitiū ptes ab eo ꝙ sustinēt ventoꝝ flatus vt d. Isi. li. xvij.) quoꝝ comas aliꝗ crines vocāt. aliqui folia & dicūtꝛ folia quasi fila. Nam foliū grece filum dꝛ latine. & iō ꝙ i folijs sunt quedā venule in coꝝ substantia ad modū filorū protense. & iō translatiue dicuntꝛ folia apud nos quasi fila. nodi aūt ex quibus exeunt frondes siue folia de virgulis et flagellis oculi nuncupantꝛ. Nā humor aquosus subtilis parū hn̄s vnctuositatis ad ramos a radice attractus vi caloris eleuatꝛ i diuersis locis

⁊ acumine suo penetrat ad exteriꝰ / ac ibi quasi ꝑ oculos exiens vi interioris caloris ⁊ aeris exterioris transmutatur in substātiā folioꝝ. (vt d. cōmenta. sup li. vegetabiliū aris. et secundū qualitatē hūoris dominātis et fortitudinem vel debilitatē caloris hūorē digerentis folia in qualitate et figura multiformiter variantur vt pꝫ supra eodē. vbi agit̄ de diuersitate arborū quo ad figurā variā foliorū. quere supra ī eodē. A. Folia itaqꝫ ornāt arborē et muniunt tenellos flores ⁊ fructus ne a ventis caumatibus aut pluuijs iniuriā patiant̄. grādinū impetus ⁊ ventoꝝ impulsus ⁊ imbriū ictus intercipit et repellit foliū sicut scutū. ꝓpter substantie sue raritatē et tenuitatē / modico vento mouent̄. sed de facili tamen nō cadunt ꝓpter adherentē habūdantiā hūoris donec fructus latitantes sub folijs maturescāt. vñ in vere ⁊ in estate vireut ⁊ in autūno pallent. ⁊ sic ꝯtra biemē paulatim cōcidūt / ⁊ tādē in terra cadentia ꝯputrescūt. multū insuꝑ ꝯueniūt folia medicine. multis etiā aminantibꝰ sunt in cibum sicut folia hedere que ab hedis maxime diliguntur. vt d. Isi. Alias ꝓprietates foliorum quere supra in littera eodem li. xvi.

Flores vt. d. Isi. li. xvij. dicunt̄ quasi fluores eo ꝙ cito defluūt ⁊ soluūt̄. in his tamē multiplex ē dr̄ia scꝫ odoris / saporis / coloris / ⁊ leuitatis / ⁊ virtutis. nā odore recreāt ⁊ delectāt spiritū. sapore immutāt gustū colore alliciūt visum. leuitate demulcent tactū. virtutē habēt multiplicē sanant morbū. zephiro generant̄ austro dissoluūtur. vt ibidē. d. Isi.) arbores ⁊ herbas cāpos ortos ⁊ siluā pulcritudine sua decorāt ⁊ ornant dulcedine quā cōcipiūt ex celesti rore mel administrant. ⁊ iō apes flores mellificādi grā visitant quādo ⁊ spē de fructu generāt. nam flores semꝑ fructū p̄cedunt ⁊ spē de subsequenti fructu relinquere ꝯsueuerunt. de puro ⁊ vnctuoso medulle arboris hūore originē ꝯtrahunt ⁊ erumpētes de stipite virge virgā nō violant nec deflorant. sed potiꝰ ipsā ꝑficiūt mirabiliter ⁊ decorāt. Itē flores in ortu solis se apiūt sicut in occasu sepius sese claudunt. multi sūt qui ex paucitate hūoris ⁊ liquiditate incalescente calore ⁊ humiditatē cōsumēte deficiunt ⁊ arescunt aliquā dolētiā flores ad solis faciē se ꝯuertunt. scd̄m ortū eius se aperiunt et processū se diffundunt. vt pꝫ in elitropia que alio noīe dr̄ solsequiū ⁊ dr̄ a multis cicorea. vt pꝫ supra. Intēpestiuus ortus floris signū ē defectus ⁊ carentie fructus vlterius cōsequentis. Nā tales flores subito frigore vel etiā corru‑pto aere facilime corrūpunt̄. vel si sunt nimis hiemales vel autūnales ad maturitatē debitam ꝓpter caloris defectū nullatenꝰ ꝓducuntur. vt. d. pli. li. xx. c. v.) Inter alios flores prepone lilioꝝ flores rosas ⁊ violas precipue ad coronas nobiliū adornādas. de quibꝰ postea est dicēdū. Est flos cāpi flos specialis sic dictus. qꝛ per se crescit in locis incultis nec fulcatis vomere / nec stercore impingnatis. vt. d. idē. Est itaqꝫ flosculus stipite quidē gracilis ⁊ modicus flore rubicundo / ⁊ quasi colore sāguineo insignitus / cuius flores nec plus nec minus ꝙ per quinqꝫ folia cōiter distinguūtur cuius virtus centauree similis est. nō tamē ex ꝯplexione sua tante ē amaritudinis. Quis minori centauree in folijs ⁊ in stipite multū similis videat̄. ⁊ etiā in multis medicinaliter non inferior ab antiquis sapientibus iudicet̄. Centaurea ē herba amarissima. vnde ⁊ fel terre dicitur. cuius spēs ē duplex maior ⁊ minor. hꝫ ita cū quadā amaritudine dulcedinē in radice cuiꝰ succꝰ melle mixtus visum clarificat inflationes sedat. morsus venenosos curat. ⁊ ꝯ antracē apostema mortifeꝝ iuuat. ⁊ venositatis sue maliciā reprimit ⁊ refrenat. ⁊ impedit. ne materie furiositas ad nobilioꝝ mēbrorū intrinseca se diffundat. hucusqꝫ pli. vt supra.

De fructu

Fructus a frumine nomē accepit. (vt d. Isi. qꝛ frumine id ē eminētiori parte gutturis vescimur. (vt dicit Isid. li. xvij) inde fruges dicimus. Fructꝰ aūt proprie dicunt̄ arboꝝ ⁊ agroꝝ quibus vtēdo fruimur quāuis abusiue ferū aīaliū fructū nūcupemꝰ aliquando. Est itaqꝫ generaliter attēdendum ꝙ ꝑs arboris siue plante nobilior ⁊ vnctuosior tam in medulla ꝙ in radice solet attrahi naturaliter a calore. vt suo tp̄e p̄cedente flore et fructus originē disponēte inde fructus materia generet̄ hūoris ⁊ caloris beneficio nutriat̄ folioꝝ cooꝑculo defendat̄. solis ⁊ virtutis celestis influentia ad perfectū deducat̄. ⁊ tādē maturato fructu ⁊ collecto / ad vsum et esū debitū assumat̄. fructus aūt crudi ⁊ indigesti corporibus maxie pueroꝝ ⁊ debiliū sunt nociui ⁊ inflatiui. lūbricoꝝ ⁊ alioꝝ vermium generatiui hūorū malorū nutritiui gustus naturalis corruptiui. vt pꝫ in mulieribus īpregnatis que maxie desiderant fructus imaturatos. vt dicit pli. sed fructus ꝯgrui ⁊ maturi / tam medicine ꝙ esui erunt apti / ita tñ ꝙ quilibet fructꝰ quolibet mō debito vtat̄ ⁊ potꝰ congruꝰ pꝰ fructꝰ vsum ordine subsequat̄. vt in li. dieta. planiꝰ edocetur. fructus generaliter primo sunt crudi

bum indigesti/stiptici/pōtici/vel amari. sed ca
lore exteriori interiorē cōfortante ⁊ humorem
ponticū ⁊ terrestrem dissoluente ac digerēte tā
to dulciorē ⁊ cōuenientiorē saporē accipiunt
quanto ad maturitatē perfectā plus accedunt
Citius aūt accedunt ad maturitatē/qui alti⁹
in ramoꝝ summitatib⁹ crescunt ⁊ calori radio
rū solariū indirectius se exponunt. Maturita
tis signū mutatio ē coloris viridis et terrestris
in colorē palidū ⁊ rubentē et mutatio saporis
insipidi/pontici/aut acidi/in saporē suauem
gustui atq; dulcē. primo eni nascunt̄ fruct⁹ vi
rides. sed quando tendunt ad maturitatē vin
cente calore in substantia fructuū colorē mu/
tant pariter et saporē. tanto etiā sunt meliores
⁊ in substantia laxiores/quāto relaxata vi ca
loris terrestri duritia ⁊ dominante hūiditate a
quea vel aerea maturitati sunt ꝓpinquiores
⁊ iō ꝓbat̄ fructuū maturitas nō solū p visum
quo ad colorē. nec solū p gustū quo ad sapo/
rem. verū etiā p tactū/quando cōpressi digito
tactui cedunt/⁊ sensui offerunt substātiā mol/
liorē. vt d. Jsa. in die.) Fructus aūt arboruꝫ
crescentiū in montib⁹ puriores/sapidiores/
⁊ etiā saniores sunt/ꝙ illarū que in vallibus
crescunt. ⁊ hoc accidit ꝓpter dulcius/puri⁹/et
tēperatius qd ibi scꝫ in montibus inueniunt
nutrimentū (vt d. aris.) vt pꝫ supra eo. quere
de diuersitate arboꝝ quo ad fructus circa finē
Sunt aūt quidā fructus primo dulces ⁊ sapi
di sed post efficiunt̄ pontici ac amari scꝫ mira
bolani (vt d. aris. tales fructus ⁊ si nō fuerint
de se comestibiles sunt tñ cū alijs medicina/
les. fructus aūt dulces (vt d. Jsa. in quatuor
qualitatibus sunt tēperatiores/humidiores/
calidiores/⁊ ceteris nutribiliores. fruct⁹ vero
frigidi ⁊ pontici duri sunt ⁊ stiptici ac opilati/
ui siue cōstrictiui stomachi tñ ꝯfortatiui ⁊ ap/
petitus excitatiui/maxime si comesti fuerint a
ieiunis. sed post prandiū sūpti cōfortant sto/
machi orificiū. in vsū sumpti/cōprimūt cibuꝫ
sumptū ad inferiora. ⁊ sunt cā solutiōis / et si
fuerint acceto si fruct⁹ ex aquoso modico ⁊ ter/
restri cōpositi acumē colere extinguūt. siti miti
gant stomachū cōfortant. hūores grossos et
frigidos dissoluunt. diuidūt nō deponūt. dul
ces vero acuunt. eis vimconferentes penetrā
di totū corpus. Fructus insipidi in quib⁹ do
minat̄ aquosa humiditas ceteris minus sunt
laudabiles qꝛ stomachū nō iuuant. sed ab ho
minatione et fastidiū generant. fruct⁹ itaq; si
bene maturati fuerint/erunt saporis boni o/
doris iocundi. si nō fuerunt putrid/nō vermi
Item emorois est aspis sic dictus eo q illius sugit sanguinem. quem percutit. et qui ab eo morsus est/ dissolutis venis fluxu sanguinis vitam finit. grece. n. emach sanguis dicitur. Item prister est aspis horribilis/ semper ore patente et virus euaporante incedens (De quo luca.) Oraq diffundens auidus fumantia prister. quicunq ab eo percussus fuerit distenditur/ et enormi infectione corporis enecatur. (sicut dicit idem ibidem.) Item sepis est mortiferus aspis et tabificus. qui cum hominem momorderit/ statim eum destruit et consumit/ ita vt in ore serpentis totaliter lique fiat. nec solum corpus/ sed etiam ossa veneno dissipat et eneruat. (cuius poeta sic meminit) Ossaq dissoluens cum corpore tabificus seps vt dicit idem. Sunt et alia genera aspidis multa quorum tanta est virulentia/ q etiam mediante lancea veneno sitate sua perimunt se tangentem. vt dicit Auicen. in libro de venis. Quere supra li. v. c. de venis. De aspide in genere (dicit Isidorus li. xij.) Fertur inquit q aspis cum ceperit pati incantatorem/ qui eam quibusdam carminibus proprijs euocat. vt eam de cauerna producat. illa cum exire noluerit/ vnam aurem in terra premit. alteram vero cauda obturat et operit. et sic illas voces magicas non audiens/ ad incantantem non exit/ et eius imperio non obedit/ (hucusq Isi.) De aspide vero dicit pli. li. viij. c. xxiij. percussa membra ab aspide intumescunt/ et vix sine partium amputatione/ que sunt contacte aliquo remedio conualescunt. Unus autem huic pestifero angui est sensus vel affectus. Nam compares suos coniugali affectu diligunt nec sine comparis consortio bene viuunt. Unde altera interfecta credibilis vltionis laura/ alter persequitur interfectorem/ et illum solum in quantolibet populi agmine agnoscens infestat. et nititur interrumpere omnes difficultates/ perneat spacia nec nisi veloci fuga/ aut amnibus et fluuijs coherceatur/ quin vltio de morte comparis assumatur. Sed contra eius maliciam/ dedit natura remedium et medelam hebetem/ dedit ei natura visum. nam oculos habet in temporibus/ et non in fronte et ideo non potest videre aduersarium directe/ sed oblique propter quod non potest bene persequi hostem visu. sed potius auditu prosequitur vel olfactu. nam in his duobus sensibus magis viget. vt dicit idem.

Item dicit Marcianus q aspis non nocet indigenis afris et matricis. nam et illi pueros suos quos de se natos habent suspectos aspidi obijciunt. et si de eorum semine fuerint nihil ipsis penitus nocet aspis. sed statim moriuntur ab aspide si fuerint adulterini. et hoc expresse dicit pli. li. viij. c. vltimo. (Dicit. n. sic) quedam animalia indigenis sunt innoxia que interficiunt alienos. sicut serpentes parciunt. mirifice illis qui de terra oriuntur. sicut angues circa eufraten/ terre incolas non ledunt nec infestant dormientes. alios autem cuiuscunq gentis homines cruciant/ eos auide occidentes dicit etiam ibidem pli. q aristo. tradit. in quodam monte a scorpionibus hospites non ledi. sed indigenas interimi et occidi.

Aranea vt dicit Isido. libro. xij. vermis est/ ab aeris nutrimento nominata/ que exiguo corpore longa fila deducit/ et tele semper intenta nunq desinit a labore/ perpetuumq sustinet in suo opere dispendium. quia sepe ad modicum flatum venti aut per pluuie stillicidium rumpitur tela sua et tunc totaliter perdit laborem suum (dicit etiam auicen. q aranea est modicum animal reptile multipes. vj. vel. viij. habens pedes quos semper habet pares et nunq impares. et hoc fuit necesse/ vt semper esset eius incessus equus/ sicut et ipsum onus/ et hoc est generale in habentibus duos vel plures pedes. habet autem aliquos pedes longiores/ et quosdam breuiores/ propter diuersas quas facit operationes/ nam cum quibusdam fila subtiliat/ et in longum protrahit. cum quibusdam vero pariter fila nectit. cum quibusdam per fila repit. et quando vult in tele superficie immobiliter se suspendit. maxime autem inter animalia anulosi corporis viget in aranea sensus tactus. vnde residens in tele sue medio/ subito sentit muscam telam in parte remotissima contingentem quam subito inuadit/ Et aggreditur tanq hostem. de qua si triumphare potuerit/ eam ne euadat inter tele sua fila multipliciter circumuoluit. et primo capiti insidens/ eius humiditatem sugit. et de tali muscarum venatione viuit. nam eius gustabile est talis humor sicut gustabile apis est mel. (sicut dicit idem et aristo.) Item in genere aranearum est diuersitas sexus (vt dicit aristo. li. v). et est femina maioris corporis q masculus. et pedes habet longiores/ et flexibiliores et abiliores. ad motum et etiam ad texturam. et sicut dicit idem libro quinto tempore coitus et amoris femina attrahit marem/ per fila tele. et post masculus feminam/ et non cessabit attractio donec coniungantur/ et masculus ponitur super ventrem femine. et iste modus est eis necessarius/ propter ventris rotunditatem. et ista coniunctio maxime est in fine veris et in principio estatis. et aliqui in fine

autūni ꝛ in principio hyemis ꝛ tunc maxime sunt nociue ꝛ earū pūcture amplius venenose Item aristo.li.viij.genera araneaꝝ sunt multa. Nam quedam sunt parua ꝛ diuersi color̄ ꝛ sunt acuta/ ꝛ velocis motus. Alia sunt maiora/ ꝛ colore nigra ꝛ earum crura anteriora sunt longiora/ ꝛ sunt tardioris motus nisi qn̄ coitu stimulantur. ꝛ nigre solent texere iux̄ terram inter foramina ꝛ manent in textura sua: quousq; alia inciderit bestiola sicut musca quā dep̄hendunt. ꝛ si habent famem suggūt eius humiditatem. ꝛ tunc deferūt ad locum suum vbi deponunt ꝛ reseruant eū/ donec iteꝝ esuriam patianꝭ. ꝛ quando totā hausit humiditatem deicit residuum ꝛ reuertiꝭ ad venandū ꝛ non venatur quousq; reparet quod ruptum est de textura. ꝛ si quis ruperit texturam incipiet ipā reparare circa occasum solis. vel circa eius ortum. ꝛ maxime tunc laborat/ qꝛ tūc plures bestiole incidunt in texturam. ꝛ femina parit ꝛ venatur/ ꝛ masculus iuuat eam. abscōdit autem se in textura vel sub tela ne a bestiolis videatur. ꝛ maxime quando est magna/ quia ꝓpter eius magnitudinem non de facili operiꝭ. facit etiam femina oua/ primo ex q̄bus modice aranee post formanꝭ/ ꝛ stati quādo pariuntur/ ponit eas in textura/ ꝛ statiꝫ se mouent ꝛ disponunt ad texendum. ac si i vtero materno sint instructe ad venandum. vnde statim aptant retia conuenientia p̄de sue.

Et est species quedam aranearum/ que venatur lacertum paruum ꝛ incipit texere sup ipm quousq; liget eius orificium ligatione forti. ꝛ tunc saltat sup eum ꝛ pungit quousq; moriatur. Item in eodem etiam dicit idem. q; sepe inueniuntur quedam aranee in aluearibus apum/ ꝛ ille corrumpunt mel ꝛ suggūt liquorem. ꝛ sic circa fauos faciunt texturas/ ꝛ corrūpunt eos. idem dicit Auicen. Et pli. de generatione aranearum. li.xj.c.xxv. sic dicit. Aranearum natura p̄cipua admiratione est digna cuius plura sunt genera/ inter que est quedam que dr̄ spalangio/ cuius corpus est exiguum. varium acuminatum/ velox ad saltum noxiū habens morsum. Alia est species maior̄ corporis ꝛ nigri coloris ꝛ cruris longioris cauernas sibi texens in angulis iuxta terram. Tertia est species que erudita compositione conspicuas texunt telas. Admirandum est tamē qualiter tanto opere sufficiat materia lanigera/ que de aranee vtero/ ad tante tele texturaꝫ paulati (vt creditur) extrahiꝭ. ꝛ tā eius vterus vix tali materia vacuus inueniꝭ. nec videꝭ eē veꝝ qd̄ dixit democritus/ q; tanta esset ventris arānee corruptela/ vt ex eius egestione tāta fertilitas lanifera generetur. vn̄ ꝛ democritum reprobat (aristo.li.viij) q; dicat eū in hoc veritatem non dixisse cuius videtur esse ratio quia aranee ꝛ alia huiusmodi anulosa modici sunt nutrimenti/ ꝛ parui cibi ꝓpter defectū sanguinis ꝛ caloris. vnde cum aranea nō tantum cibi capiat/ quin incoꝛꝑabiliter ad ꝑparationem tele sue continue plus emittat/ maior esset superflui emissio/ q̄ꝫ cibi sumptio. Et maior egestio superflua q̄ꝫ digestio necessaria ad conseruationem debitam animalis. vt dicit aristo. vel al. Item pli. idem dicit. moderato vngue rotundum tele educit filum. ꝛ miro artificiō deducit stamina ab ymo ad sup̄mum ꝛ iterum deducit transuersaliter de puncto ad punctum lineari distantia filum suum ꝛ omnes lineares tractus/ quasi in punctuali medio/ in equali distantia a centro copulat ꝛ cōnectit. deducto autem stamine (vt ibidem dicit pli.) texere incipit a medio circuito orbe/ adnectens subtegmina ꝛ maculas adnectens semꝑ. ꝛ quasi reticulariter per parua interualla/ que inter valliculata foramina miro artificio sunt nunc quadrata/ nunc oblonga/ nunc rotunda. tanto sunt strictiora/ q̄ꝫta sunt viciniora medio. ꝛ tanto latiora/ q̄ꝫto ꝓpinquiora sunt extremo. quo autem medio filum filo. tā indissolubiliter iungat/ ꝛ nodum nodo applicet ꝛ connectet/ visus non iudicat/ ꝛ rationis iudicium vix affirmat. Mira autem leuitate per fila sua que humanis visibus vix sunt ꝑuia se eleuat/ ꝛ quasi volat. hinc inde se transferens locum mutat. Item dicit idem q; quādiu extrema tele fila durant si casu aliquo rūpatur/ ipā tela semper a medio incipit resartire quod ruptum est quasi nihil iudicans i corpore tele esse integrum/ q̄ꝫdiu medium nō est firmum. Itē dicit idem. q; in eis sūt auguria nam scd̄m q; tempora sunt futura/ altius vel submissius solent componere fila sua. Item ibidem dr̄ q; multitudo aranearum signum ē inundationis pluuiarum. Idem libro. xiiij. c.iij. de lesione vitium dicit q; aranee quedaꝫ circa germina vinearum ꝛ etiam circa flosculos arborum faciunt texturas/ ex quarum circumuolutione pereunt arbores ꝛ vinee quando sunt in germine vel in flore/ morsus spalāgionis est mortiferus ꝛ venenosus/ nisi ei citius succurratur. sed eius venenum extinguit. vis plantaginis si debito modo apponatur. ꝛ ideo vermes alij/ vt lacerte ꝛ boctates puncturā aranee formidantes succo plantagīs se tueꝭ (vt di. pli. dyas. ꝛ auic. i. c. d̄ veñ ꝛ mac.)

Araneaꝝ autē tela (vt dicit aristo.) ⁊ etiaꝫ pli. ex eaꝝ visceribus quodā miro nature artificio generatur/ subtilissima cōpositione cōtexitur/ more rethis cōponitur ⁊ paratur. filis subtilissimis cōnectit. ⁊ hoc ne a muscis ⁊ aliis bestiolis/ quibus tenditur ꝓpter grossitiē videatur. cū labore quidē cōponitur/ ꝫ miro modo faciliter dissipatur. ignē non sustinent ventū timent cuius impetu tela rūpitur/ ⁊ subito ipa denudatur. ⁊ quāuis venenosa sit aranea/ de cuius egreditur visceribus/ tela venenosa non est. sed potius ꝙ multis vsibus medicine vtilis deputatur (naꝫ vt dicit dias) tela araneaꝝ alba ⁊ mūda/ puluerulentis sordibus non admixta/ vires habet constringentes cōglutinātes ⁊ refrigerātes. ideo sanguinē restringit a vulnere defluentē. superposita vulneri/ ꝓhibet fieri sanieꝫ ⁊ sanat plagaꝫ recentē ⁊ ꝓhibet inflaturā sanitatē vulneris retardantē. Est aūt genus aranee quā spalanā vocant vt dicit pli. libro. xix. c. iiij. ⁊ est hec aranea similis formice/ sed longe maior corpore rufum habēs caput/ reliquū corporis nigri est coloris respersum albis guttulis acerbior est eius ictus ꝙ vipere. viuit aūt maxime iuxta furnos ⁊ molas. cuius contra ictum est remediū aliā eiusdē generis ostendere sic paruiso ⁊ ad hoc conseruantur cū mortue inueniūtur. quaꝝ cortices contriti ⁊ potati medentur morsui mustele. Est ⁊ aliud genus lanuginosum cū grosso capite ⁊ dolor puncture eius sicut scorpionis. ⁊ ex eius morsu genua labefactantur ⁊ accidit caligo ⁊ vomitus. Est ⁊ aliud genus aranee noīe mirmicaleon siue mirmiccon qd alio nomine dicitur formicaleon formice similis capite albo habens nigrum corpus distictū maculis albis cuius morsus viperaꝝ dolore torquet. ⁊ dicitur formicaleō qꝛ formicas venatur vt leo. ⁊ eaꝝ suggit humiditatē. sed a passeribus deuoratur. ⁊ ab alijs auibus vt formica. Remediū autē contra morsus omniū araneaꝝ ē cerebrū gallinaciū cū exiguo piperis bibitū cū vino dulci Item coagulū agni potatū cuꝫ vino sanat morsus araneaꝝ. Item ideꝫ facit cinis vngule arietine cū melle. Itē musce contrite ⁊ posite super morsum extrahunt venenū ⁊ mitigant dolorem. Sunt ⁊ alia remedia que enumerat pli. sed hec sufficiant. Dicit enim li. c. c. vi. aranea longa ⁊ candida tenues habens pedes cōtrita i veteri oleo dicit soluere albuginē oculoꝝ

a

Apis est animal multipes. ⁊ breue inter omnia animantia anulosi ⁊ insecti corporis in multis optinet principatum. vt dicit pli. li. xi. c. vj. paruitatem autē sui corporis recōpēsat ingenij magnitudo quāuis aūt possit inter volatilia cōputari. tn̄ qꝛ pedibus vtitur in quibus ē vis progressiua merito potest inter gressibilia numerari. Preter vero ꝓprietates superius li. xii. positas sub lr̄a. a. alie sunt hic ponende. quas recitat pli. libro. xi. c. vj. sic dicens. Inter omnia ē admiranda apum sollertia. que mella contrahunt. succūqꝫ dulcissimū subtilissimū ⁊ saluberrimū in fauos cōponūt ⁊ ceram ad vsus humane vite perutilē operando conficiūt. hyeme latent ⁊ recōdūtur quia vires non habent. vt niuibus pruinisqꝫ resistāt ac flatibus aquilonis. In vere vero cum sentiunt fabas florentes ad opera exeunt ⁊ labores. nulliqꝫ licet vacare ocio per hos dies. ꝑmo fauos cōstituūt ceramqꝫ fingūt. domosqꝫ ac cellulas faciunt. deinde sobolem ⁊ postea mella conficiunt ⁊ cōponunt. tectū autē aluearis sui lacrimis ⁊ succis arboꝝ gūmosā viꝫ habentiū per totū liniunt. ⁊ contra aliaꝝ bestiaꝝ auiditates se muniunt ꝓut possunt. fauces si fuerint nimis late constringūt. ⁊ eas succis predictis liniunt. primo autem ꝓ fundamento sui operis crustulam quandam ponūt amari saporis quā multi cōmosiꝫ vocant. deinde faciunt aliā dulciorem que cere est initium quā multi dulices vocant. tertio ponunt materiaꝫ grossiorem que fauoꝝ est stabilimētum ⁊ illam materiā ꝓpolim multi vocant. ⁊ ista triplici tela a frigore ⁊ alijs iniurijs muniunt fauos suos. non insident fructibus sed a floribus non marcidis sed recentibus recolligunt materiā ex qua mel ⁊ ceram cōponunt. quādo autem flores vicini sunt cōsumpti mittunt speculatores ad vlteriora pabula acquirenda. ⁊ si apprehenderit eas nox in expeditione excubant supppine vt alas suas ꝓtegant a pluuia ⁊ a rore vt facto mane expeditius volant ad opus suuꝫ habentes alas suas siccas ⁊ expeditas ad volatū ordinant excubias suas more castroꝝ. de nocte quiescunt vsqꝫ mane donec vna omnes excitet gemio aut tripli ci bombo vt buccino aliquo tunc vniuerse ꝑuolāt si dies fuerit mitis futurus. prediuināt enim ymbres ⁊ ventos ⁊ tunc se continent infra tecta quando presciunt celi temperiem futuram cum agmine ꝓcedunt ad opera. ⁊ tūc alie flores aggregant pedibus. alie aquā ore guttasqꝫ lanuginē totius corporis simul portant. adolescentiores vero ad opera exeunt ⁊ conueniunt ⁊ afferunt supradicta. Seniores vero intus operantur que flores cōportant.

primo onerant pedes anteriores/ ꝛ post ali/
os/ donec rostro pleno remeent totaliter one/
rate. Excipiunt autem onustas trine vel qua/
terne eas que exone aūt scđm quod intus sūt
ordinate. earū enim officia sunt diuersa. Alie
enim domus construunt. alie polliunt. alie ci/
bum parant/ ex eo qđ allatū est. non enim se/
paratim vescuntur/ ne inequalitas cibi tēpo/
ris ꝛ operis fiat. inter eas fauos linealiter ꝛ
ordinate ꝯponunt/ ꝛ in superiori parte suspē
dunt. ceras cadentes fulciunt. primas lineas
parum replent de melle/ nouissimas autē ma
xime solent adimplere. apes autem gerule/ q̄
necessaria conuebunt/ timēt venti flatus. ꝛ iō
volant circa terram. ꝛ quando sunt onuste re
deunt/ ne flatu aliquo īpediantur. ꝛ quando
ꝗ lapillis se onerant vt lapillorum grauitate
sint contra venti impetū magis fixe. Mira i/
ter eas est obseruantia discipline. nam inerti/
am cessantium ab opere notant/ ꝛ eas mox ca
stigant/ imo morte puniunt operari non curā
tes. Mira inter eas est mundicia. nulleꝗ in
ter sua opera spurcitie permittunꝭ. egestiones
apum que operantur intus ne lōgius recedāt
alie congerunt in locum vnum/ ꝛ eijciunt de/
alueari. quando aduesperascit/ intrant in do/
mos suas. ꝛ strepunt/ donec illa eadem q̄ eas
excitauit circūuolet. ꝛ eadeꝫ quo excitauit bō/
bo/ eas inuitet ad quietem ꝛ tunc omnes re/
pente conticescunt. Item in eodē. c. xiij.) Itē
per apes summa equitas exercitur. feriūt eniꝫ
oēs eaꝝ pacem dissoluentes/ ꝛ eaꝝ mella di/
rūpere cupiētes. regem siquidem babēt apes
qui non aculeo armatus est/ sed potius maie
state (ꝛ vt dicit idem. c. xviij.) vel si babet a cu
leum/ vsum feriendi natura ibi negat. noluit
enim natura ipsum seuum esse/ nec concito pe
tere vltionem. ꝛ ideo ei telum detraxit. ꝛ iner
mē dereliquit. vnde cōstat apū īperatorē acu/
leo non vti. Miranda aūt ē circa regē plebis
obedientia. nā cū ꝓcedit/ totū examen cōglo
batur. ꝛ ab ipso agmine velut acie militū cin
gitur ꝛ vallatur. ꝛ pre multitudine obsequen
tium/ tunc temporis vix videtur. cū populus
apum in labore est/ ipse intus ē/ ꝛ circuit sibis
excitāti/ solus a labore ē imunis circa queꝫ ꝛ
assunt apes quendā babentes aculeū/ tāꝗ li
ctores/ q̄ auctoritate assidua/ regis sūt custo/
des. ꝛ raro ꝓcedit foras/ nisi qñ examē totum
dꝫ exire. cuius exitus itelligiꝭ ante diebus a/
liquot exercitu murmurāte/ ꝛ quasi ad exitum
se preparante. vñ si quis tūc regi apū precide
ret alā totū examem tunc tpis nō exiret. ꝛ qñ
ꝓcedunt singule regis obsequio se offerunt

ꝛ ei proxime esse volunt. regem fessū humeris
subleuant ꝛ fatigatum portant. si qua lassata
defecerit vel ab acie errauerit. odore ꝓsequiꝭ
vbicūꝗ rex precedit. et vbicunꝗ rex precedit
ibi cetere castra figūt. rege viso totus aīaꝭ ex/
ercitus/ ipsoꝗ amisso totū agmen dilabiꝭ ad
aliū. qꝛ sine rege esse nō possunt. ad aluearia
subintrant quedā false apes/ que fuci nuncu/
pātur/ babētes magnū ventrē furtimꝗ deuo
rant mella. ꝛ bas apes interficiūt qñ eas de/
prebendūt. quādo ver est bumidū/ fetus apū
multiplicaꝭ ꝛ mella depauperanꝭ. ꝛ ecōuer/
so quādo ver est siccū/ deficiūt in ꝓle ꝛ ī mel/
le multiplicātur. Si aūt defecerit ī aluearibꝰ
cibus/ īpetū faciunt in ꝓximas/ ꝓposito ra/
piendi ꝛ ꝯtra eas alie aciē dirigunt/ si rectorē
babēt. ꝛ si que fuerint apes fauētes inuadēti
bus parcūt eis inuasores nec eas īpetūt/ sed
post eas sibi associant ꝛ defendūt. Etiā mul/
tis alijs de causis acies contrarias cōstruunt
duo īperatores cū multa rixa/ que dimicatio
in iactu pulueris/ aut fimo totaliter dissipaꝭ.
Itē idē. c. xix. apes quedā sunt rustice ac silue
stres borrido aspectu ꝛ ceteris iracūdiores. sꝫ
labore ꝛ opere sunt prestātiores. alie sunt vr/
bane quaꝝ quedā sunt breues ꝛ varie ac rotū
de. alie sunt longe sicut vespe/ ꝛ ille sunt alijs
deteriores/ ꝛ sunt pilose. ꝛ quedā ex bis sunt
albe que in messe mella faciūt. siluestres vero
in arboꝝ cōcauitatibꝰ mellificāt aliquādo in
aliquo terre speců. quibus natura dedit acule
um ventri consertum ad vnū ictū. quedā autē
ex vindicandi ardore ita ꝓfunde figunt teluꝫ
ꝗ sequiꝭ subito intestinū ꝛ tales cito moriunꝭ
alie quidem aculeū perdunt. ꝛ viuentes vlte/
rius mellificare nō possunt. sed castratis viri/
bus nocere pariter ꝛ prodesse desistunt. odo/
res fedos ꝛ ceteros fumos maxime odiunt.
ꝛ fugiunt. in rebus autem odoriferis iocūdā/
tur. cācroꝝ odore si quis eos iuxta decoquat
exanimātur. qñ rex eaꝝ moriꝭ tristicia torpent
funerātiūꝗ more cōcomitantur exequias/ ꝛ
meret plebs magno dolore rege peste cōsum
pto. nam abos tunc conuebunt ꝛ nō ꝓcedūt
tristi tū murmure glomerātur circa corpꝰ eius
luctū nō minuūt/ imo nisi subtrabaꝭ mortuꝰ
fame ꝛ dolore moriunꝭ. bylaritate igiꝭ apū ꝛ
nitore sanitas estimatur. Dicit etiam ibidem
apes multas incurrere infirmitates. nam vt
dicit. c. xx. egrotāt qñ nō pficiūt fetū suū. īimi
caꝭ etiā eis resultās sonus echo/ nimis. n. fa/
cit eas timidas/ inopinato sonitu terrēs eas.
inimicaꝭ etiā eis corrupta nebula/ corrūpēs
flores quos decascūt. aduersanꝭ ꝛ eis aranee

quando se sociant eis ꝛ in aluearibus faciũt intexturas. pestifera est etiã eis musca quedã similis papilioni/ qui insilit in cãdelas. nam papilio depascit ceras/ ꝛ relinquit stercora/ ex quibus generãtur cerredones/ qui ceras precipue appetunt. nocet etiã eis auiditas pastꝰ qñ nimia florũ satietate replentur/ ꝛ maxime hoc accidit in vere. oleo quidẽ examinãtur sicut ꝛ omnia anulosa ꝛ insecta/ precipue si capite vncto in sole ponãtur sed asperse aceto reuiuiscunt. aliquando etiã cõtrahunt sibi mortis ꝛ morbi causas quãdo sentiũt sibi subtrahi mella nimis auide deuorãtes (hucusqꝫ pli. Insignes etiã ꝓprietates ꝛ notabiles recitat (auice. libro. viij. c. iij.) apes inquit cibantur ex melle ꝛ comedũt inde parꝝ. sed quãdo infirmãtur/ tunc comedũt mel ꝛ nõ exeunt ď domibus suis. ꝛ quãdo inueniunt domos mũdas siue aluearia faciunt in eis domos sextales ceras. ꝛ quãdo orificia aluearis sũt nimis ampla diminuunt amplitudinẽ cũ quadã viscositate nigra/ que in odore est acuta. etiã edificãt primo domũ regis / ꝛ illa domus similis est foramini ꝛ post alias domos secundũ diuersitatẽ maiorꝝ vel minorꝝ. masculi aũt tãtũmodo operãtur domos suas / ꝛ post non est operatio/ nisi ad comedẽdũ mel/ ꝛ mellificãdũ ꝛ apes primo morantur in fauis suis ꝛ quando est tẽpus exeũdi/ ascendunt in altũ secũdũ foramina piramidis. ꝛ postea redeũt ꝛ comedunt mel. ꝛ rex nunq̃ exit/ nisi cum exercitu/ ꝛ masculi non habent acum nisi forte pauci. tamen appetunt pungere/ sed non possunt. Et reges apuꝫ sunt duorꝫ modorꝫ. vnus rubeus ꝛ alter niger fere sicut carbo. ꝛ est in duplo maior q̃ apis que mellificat. ꝛ sunt apes masculẽ magis pigre q̃ femine. ꝛ meliores sũt apes minores ꝛ rotundiores habentes varios colores. ꝛ apes q̃ pascuntur in montibus pratis ꝛ ortis sunt minores ꝛ meliores ꝛ faciunt mel consimile in partibus ꝛ leue. apes autẽ que nõ sunt bone non faciunt mel equale nec consimile sed apis que semꝑ adheret foramini mellis efficit mel melius. aliter. n. corrũpit᷑ de facili/ ꝛ generantur in eo aranee que corrũpunt mel. Duplici autẽ de causa vtunt᷑ apes mellificãtes aculeo. s. ad defensionẽ/ ꝛ ad humiditatis sup̃flue cõsumptionẽ/ vis. n. ignea est in acu. ꝛ iõ cooꝑatur valde ad ꝯsumptõeꝫ sup̃flui humidi ꝛ mellis immutationẽ. Item subintrant sepe aluearia q̃dã musce male que faciunt alias muscas prauas / q̃s multi vocant gusanes pforãt alas aliaꝝ/ sꝫ vere apes psequunt᷑ illas muscas ꝛ pungunt eas. nec ꝑmittunt eas cadere suꝑ domos suas. ꝛ apes mellificãtes interficiunt masculos nocẽtes eis/ ꝛ reges malos quãdo eas nõ bene regunt/ sed tm̃modo de melle nimis comedunt/ ꝛ p̃cipue hoc faciunt quando mel erit paucuꝫ. ꝛ apes ꝓpe pugnant cum longioribus quãdo ñ operantur nec laborãt ꝛ nituntur eas eijcere de aluearibus/ ꝛ ꝑ talem eiectionẽ melioratur mel ꝛ augetur. Est autẽ vnuꝫ genus apum qđ ď labion. ꝛ interficit apes mellificãtes. ꝛ destruit eaꝝ domos. ꝛ hoc est/ q2 sunt vigiles ꝛ bõe custodie. ꝛ qñ intrant aluearia/ in melle subito se infigunt cã deuorãdi in tãtum q̃ nõ p̃nt euadere. ꝛ tũc statim a veris apibus huiusmodi interficiuntur. Et anteq̃ rex exeat rõnaliter ꝑ duos dies ante sciunt alie q̃ rex sit facturꝰ vt obedire illi parate sint. ꝛ quãdo reges creãtur quilibet hꝫ cateruam vnaꝫ. ꝛ illa caterua non vult habere alium regẽ nisi quẽ primitus acceperunt/ ꝛ si alius rex voluerit illius comitatus ipsum interficiunt. ꝛ postq̃ exierint pulli ꝛ fuerint pauci/ expectabunt societatem alterius examinis. ꝛ sic simul securius ꝓficiscũtur. vel postq̃ ceperit volare pulli ꝛ fuerint eq̃les magnis/ festinant opus suuꝫ. ꝛ senioribꝰ plurimi cooperãtur. Nulla aũt creatura ardẽtior ẽ ad vindictã q̃ sit apis quãdo ad iracundiã ꝓuocatur. ꝛ iõ sepe grãdes ꝓsternit exercitus multitudo apũ/ qñ ꝯtra diripiẽtes mella resistere ꝯpellunt᷑. ꝓfimũ ꝛ fumũ suꝑ omnia abhorrẽt apes. ꝛ ideo laborant feces eijcere ꝛ squibala sua quãdo volꝛt/ q2 eaꝝ feces fetẽt valde. ꝛ iõ ab eis domos suas valde purgãt virgines apes ꝛ iuuenes/ melius opantur ꝛ faciunt melius mel q̃ seniores ꝛ nõ tãtũ patiuntur nec tantum ledit eaꝝ ꝑcutio sicut senuꝫ potant autẽ apes ꝛ bibunt/ sꝫ aquã tantũ clarã/ siue ꝓpe siue a remotis hauriatur/ nec potant vbi ꝑus proijcerint fecẽ suam. ꝛ maxime in autũno et in vere/ et mel veris melius est ꝓpter florum nouitatem et ampliorem puritatem. Et apibus placet armonia. s. sonitus cãtus percussio palmarum. et ideo cum cantu et peluim aut cimbalorum sonitu ad alueare reuocantur. et quando dimittitur apibus multum de melle pigrescunt/ et minus operantur et ideo oportet vt in aluearibus eis mediocriter dimittatur (hucusqꝫ auicenna. vij. libro.) Multa alia ponit in quibus concordat cuꝫ aristo. libro. viij. plinius in. xi. quere supra libro. xij. in littera. a. vbi inuenies multa que ab aristo. et a seneca et alijs auctoribus sunt accepta. sed hec sufficiant.

b Os grece boetes nuncupatᷓ/ quē latini toronē vocant/ eo ꝙ terram terit. cuius latitudo pellis a men to ⁊ gutture vsq̄ ad crura pellearia dicitur/ a pelle ipsa sic dicta. quasi pellearia que gene rositatis in boue est signū (vt dicit Isido. li. xij.) (boū aūt vt dicit idē. circa socios eximia pietas est. nā alter alterꝝ inquirit. cū quo ꝑ col lū aratra ducere cōsueuit. ⁊ frequenti mugitu piū testatur effectum/ quando ipsuꝫ citius in uenire nō contingit. De bobus vero dicit pli. li. viij. c. xlv. bobus indicis cameloꝝ traditur esse altitudo/ quoꝝ cornua sunt in latitudine quatuor pedū (⁊ sequitur ibidē) soli boues i ter aīalia retro ambulantes pascūtur. aque ca lide ablutiōe/ dicūtur pinguescere. quādo cor nibus capitis cōiunguntᷓ/ plus laboris pos sunt sustinere/ ꝙ̄ quādo ceruice inuicē copulā tur. In syria sunt boues/ qui nō hñt pallearia sub gutture sed gibbos in dorso. boues quo q̄ lassata habentes cornua dicūtur eē in ope excellentes. boues nigri coloris parua habē tes cornua/ minus reputātur vtiles ad operā dū. Maiora cornua ⁊ spissiora habēt boues ꝙ̄ tauri. ⁊ post castrationē bos i corpe ⁊ in cor nibus augmentū recipit/ pariter etiā ꝓficit in robore ⁊ virtute. nō tamen tante ē animosita tis nec audacie/ sicut ante. magis autē efficitᷓ domitus maturus ⁊ quietus/ patiēs laboris ⁊ motus tardioris/ ⁊ incessus grauioris. Itē pli. ibidē. Natura boū i inmatu optima/ post inmatū aūt nimis ē fera sed ante prematura. optima vero cū boue iuuēcus inuenitur. soci um. n. laboris agriculture habemus hoc ani mal. Tāta etiā fuit cura apud priores boues non ledere/ vt qui ꝓcaci aīo motus bouē occi deret sine causa/ puniretur grauiter tāꝙ̄ colo nū suū interemisset (vt dicit idē) Est. n. aīal mi te ⁊ mundum nō solū vsibus hoīuꝫ necessari um/ veꝝ etiā ad imolādum in aris deoꝝ ē cō gruum ⁊ aptū. nā ex bobus optime fiunt vi ctime. ⁊ lautissima fit ex eis placatio deorum. bos aperit terrā vomere ⁊ incidit ꝛ colit arua ⁊ eā gignēdis fructibus aptā reddit. bos car nibus suis reficit ⁊ nutrit. pellis eius multis vsibus cōuenit. eius etiā fimo terra ipingue scit. eius cornua calefacta remolliuntᷓ ⁊ rectifi cantᷓ/ ex quibus diuersa vascula ⁊ varia vten silia ꝑparātur. Ex cornibus. n. bouinis fiūt arcus baliste quibus tela ꝯtra hostes iactantᷓ fiunt ⁊ toraces/ ⁊ arma quibus īfirmiora ho minis contra hostium iacula defensantur. fi unt ⁊ lucerne quibus fugantᷓ tenebre. fiunt ⁊ pectines quibus capita a sordibus emundā tur. bouinis etiā cornibus vtuntᷓ venatores. nā eis terrēt feras ⁊ incitant canes venaticos vt fugiētia aīalia insequātur. cornibus etiam vtuntur scriptores/ ⁊ pictores. in quibus va rij colores optime conseruantur. vtuntur etiā cornuū vsu bellatores quibus buccinādo so cij animantᷓ/ tā pugnantes ꝙ̄ fugiētes ad aciē reuocātur. cornibus etiā vtūtur custodes tau roꝝ ⁊ castroꝝ siue speculatores/ qui ipsoꝝ so nitu advigilandū mutuo se hortantur. ad mlᷓ ta alia cornua bouina sunt necessaria. vñ ni hil ē in boue quod diuersis vsibus nō sit vti le. ⁊ etiā eius fimus (vt dicit pli. li. xxviij. c. xi) fimus inquit bouis cū aceto/ iuuat contra do lorē articuloꝝ. ydropicis etiam remediuꝫ sin gulare ē/ si inde ad solem pungantur. Inter cutaneum. n. ꝯsumit humorē ⁊ sedat ac repri mit inflaturā ydropicā ⁊ tumorē (dicit ꝑterea pli. li. xxx. c. iij.) Est inquit animal paruulū si mile scarabeo/ nomine burestis. hic inter her bas fallit bouē. ⁊ iō sic est dictuꝫ. qꝛ premit eū nā inter herbas quas bos diligit/ illud aīal se abscondit. quod animal bos deuorat/ duꝫ herbas incaute carpit. borestio autem deuo ratus/ iecur bouis sic inflāmat/ vt ipsum cum cruciatu maximo tandem rumpat. vnde ꝑter onus iugi quo bouis ceruix premitur/ ⁊ pre ter dolorem stimuli quo bos pungitur/ bure stis dum eius ventrem subintrat inter cibos/ cum interitu cruciatur veneno.

b Ubulcus dicitur boū custos qui ipsorum est custodie ex officio de putat⁹. hic boues pascit ⁊ nutrit. ⁊ ad pascua eos ducit ⁊ reducit ⁊ dum sunt in pascuis per pedes eos colligat ⁊ cōuertit. eo rum ceruices iugo premit/ ⁊ aratro eos iūgit cum stimulo pigritantes cōpellit ad labores. ⁊ vt vniformiter aratrum trahant/ stimulādo eos cogit sibilo/ ⁊ cantilena eos demulcet. ⁊ vt libentius iugum ferant vocis melodia alli cit ipsos ⁊ inducit. naturaliter enim boues si cut ⁊ cerui diligūt melodiaꝫ (vt dicit auicē.) cum virga eos dirigit. ⁊ ut rectum faciant sul cum ipsos instruit. nec solum cogit ad arādū verum etiam ad triturandum compellit/ ⁊ ad confringendas fruges in area circunducit. fi nito labore a iugo eos soluit. ⁊ ad presepe vt reficiantur eos ducit.

b Ubalus est a boue diminutiue dictus. eo ꝙ similis sit ipsis bo bus. Est autem animal ita in domitum ꝙ pre feritate iugum non recipit in ceruice. bubalos affrica procreat. in germa nia autē sunt boues aggrestes/ hñtes cornua

sint tantum ꝓtensa/ vt in regis mensa ꝓpter in signem eoꝝ capacitatē/ ⁊ eis pocula fiant (vt dicit Isi. Est autem animal magne fortitudinis vnde domari nō potest/ nisi circulo ferreo naribus eius infixo quo circunducitur. nigri autem vel vului ē coloris/ paucos ⁊ raros hñs pilos/ corneā habet frontē/ cornibus validissimis circūspectam cuius caro nō solū est vtilis ad escam/ verū etiā ad medicinā (nam vt dicit pli. li. xxviij. c. x.) caro bubali cocta vel assa/ hominis morsum sanat. cuius medulla cū dextro crure assumpta aufert pilos palbebrarū. ⁊ medetur vicijs oculoꝝ. sanguis eius cū aceto sumptus/ reijcientē sanguinem mire sanat. cuius vngule vel solie bubaline cum mirra confirmant dentes motos. lac bubalinum valet contra visceꝝ torsiones. nam sua pinguedine delinit ea. vnde cōtra dissenteriam multū ꝓdest. valet cōtra ictus serpentum ⁊ scorpionū. ⁊ cōtra venenū salamandre ⁊ cicute. vulnera recentia sanat. fimus bubali calefactus sanat dura apostemata. ⁊ coꝝ duricias spargit fel eius valet cōtra caliginem oculoꝝ. Sunt ⁊ quidam boues agrestes mire magnitudinis/ ⁊ tamen summe sunt agilitatis. In tātū enim sunt agiles/ vt fimū quē ꝓijciunt citius eleuent sup cornu/ ꝙ possit decidere sup terrā hi boues odiunt ⁊ psequuntur oē rubeū siue rufum. ⁊ ideo venatores rubeis se induūt vt eos ꝓuocent ad eos insequēduz. venator iam videns bestiā appropinquantē/ retro magnaz arborem ⁊ fortem se abscondit/ bos vero cornibus ita fortiter ipingit in arborē/ ꝙ ꝓprijs cornibus ab arbore detinetur. ⁊ sic detentus venatoꝝ iaculis cōfoditur ⁊ psternitur ⁊ necatur. Est ⁊ aliud animal simile boui agresti/ sed non est tante magnitudinis. maxima tamen habet cornua multū acuta ⁊ alta/ cum quibus deijcit arbores ⁊ arbusta sed ⁊ cōcauam quercum robore suo deponit vsqꝫ ad terram. qui grā pastus tādē caput submittit inter frutices ⁊ subtilia ⁊ plixa virgulta siue vimina/ quaꝝ copulatione ⁊ adherētia cornua beshe circūligantur. vnde diu luctans ꝯtra illos ꝓlixas virgultoꝝ obuolutiōes/ magis ac magis se intricat atqꝫ ligat. cūqꝫ diu luctans ab illis ligaminibus se nō expedit imo se inuoluit/ ꝓ indignatiōe alte mugit. cuius vocē horridaz audiens venator scit bestiā illaqueatā fore ⁊ detentā. vñ ipsā secure venabulis impetit/ ⁊ occidit bestiā acerrimā in virgultis/ quā in nemorib⁹ magnis/ inuadere nullatenus ausus fuit. ⁊ hāc bestiā vocat phisologus aptolonē cuius dictis si fides adhibēda ē mirꝫ vr̄/ qualitteram fera bestia de virgultis ⁊ nemoribus modicis cornua nō eximit que eisdez cornib⁹ ingentes arbores deijcit ⁊ ꝓsternit. Est preterea quedā spēs bouis siluestris quā aristo. in li. viij. circa finē vocat borriam. ⁊ dicit ꝙ magnus ē scd̄m quātitatē tauri/ ⁊ est similis tauro/ ⁊ hꝫ crines descendentes ad duas partes spatulaꝝ/ sicut in equo est videre. ⁊ eius pili sunt magis molles pilis equi ⁊ breuiores. ⁊ crines eius continui vsqꝫ ad oculos. ⁊ ē color eius vergens ad rubeum colorem vel citrinū. ⁊ vox eius assimilatur voci tauri. ⁊ hꝫ cornua aliquātulum incuruatas/ ⁊ in vnoquoqꝫ cornuum suoꝝ capere pōt medietatem mensure/ que dr̄ boz. ⁊ non habet dentes superiores sicut taurus nec crura eoꝝ sunt multorum pilorum. ⁊ assimilātur lane ⁊ findit vngulas. habens in pedibus duos sotulares. ⁊ cauda eius ē breuis respectu corpis. ⁊ ipse cauat terrā ⁊ erigitur in cauando sicut taurus. ⁊ hꝫ durā cutē multos ictus patiētē. ⁊ carnē hꝫ valde dulcem. ⁊ ꝓpter hoc venatur ⁊ pcutitur. ⁊ qū venator fugit ac quiescit. ⁊ cum debilitatur pugnans ꝓijcit stercus p quatuor passus. ⁊ hoc facit qū timet. canes autē venatici odorāt super stercus. ⁊ dum circa talē odorē occupātur bestia fugiendo elongatur. Itē dicit aristo. de vacca agresti libro. x. ⁊ qū appropinquat partus adunabuntur ex eis multi. et prius cōgregabunt stercus circa ipsū/ et ponunt sicut murum et hoc est animal multi stercoris vt dicit aristo. ibidem et etiam auicen.

b Basiliscus grece latine dicitur regulus eo ꝙ sit (vt dicit Isidor⁹) rex serpentum. ipsum enim videntes fugiunt/ et timent etiam serpentes ipi. olfactu enim suo ipsos necat flatu / et etiam aspectu interemit omne viuum. ad eius siquidē aspectum nulla auis illesa transit. et quāuis ꝓcul fuerit eius ore cōbusta deuoratur. a mustelis tamen vincitur/ quas homines ad cauernas deferūt/ in quib⁹ reguli delitescunt. nihil enī sine remedio ille parens omnium dereliquit vnde visa mustela basilicus fugit/ quem ipsa persequitur et occidit. Est autem in longitudine semipedalis albis maculis lineatis/ reguli enim sicut scorpiones arentia queqꝫ sectantes. et postꝙ ad aquas perueniunt/ idrophobos et linphaticos faciunt. intoxicant. n. ipsas aquas/ et mortiferas reddunt eas. vocatur quoqꝫ regulus a multis sibilus. nam sibilo occidit anteꝙ mordeat siue pugnat. huc vsqꝫ Isid. lib. xij. c. iiij. pli. autem libro viij. c. xxi.) dicit sic. apd̄ inquit hesperios ethiopes

fons est qui a multis estimatᷣ caput nili. iuxta quem est quedam fera que cacoblephas ap/pellatur/ corpore quidez modica omnibusqꝫ membris iners. pregraue caput gerens/ et sē/per habet deiectum super terram/ alias inter/fectio esset humani generis. quia omnes qui eius viderent oculos expirarent. Eadem ba/silisci serpentis vis est/ quez corones prouincia gignit. corpus habens in longitudine et magnitudine. xij. digitorꝫ candida in capite/ macula velut dyademate insignitᷣ sibilo oīs fugat serpentes. nec flexu multiplici reliquuz corp⁹ ipellit. sed celsus ⁊ erectus ĩ medio graditur ⁊ incedit. desiccat frutices/ ⁊ herbas ex/urit. non solũ tactu/ verꝫ etiaz sibilo ⁊ afflatu circūadiacētia oīa destruit ⁊ corrūpit. tāte. n. ē venenositatis ⁊ pniciei ꝙ tangētes se cū hasta longissima sine mora interficiat ⁊ cōsumit. hūc mustela domat ⁊ cōuincit. qꝛ deo nature nihil placuit esse sine pari. mors itaqꝫ basili/sci. morsus ē mustele. ⁊ tādē mors mustele dr̄ esse fetor basilici. ⁊ hoc quidē verꝫ ē nisi mustela/ pastu ⁊ fricatōe ruthe/ herbe ɔtra talē mortiferū primitus muniatᷣ (vt dicit aris. ⁊ etiam auice) primo igitᷣ mustela rutā herbā/ quāuis amarā comedit ⁊ sic virtute succi herbe ama/re/ nature hostē intrepida aggreditᷣ ⁊ deuincit ⁊ quāuis basiliscus irremediabiliter sit vene/nosus quādiu viuit. in cinerez tū ɔbustus veneni malitiā perdit. cuius cinis opatiōib⁹ alchimie vtilis creditur ⁊ maxime in transmutationibus metallorum.

b Otrax que rubeta dicitur/ genus est rane venenose habitans in terra/ pariter ⁊ in humore (vt dicit plini. li. xviij. c. xxxij) senectutem autem idest ve/tustam ⁊ senem pellem/ dicunt eas deponere assiduo pastu quarūdam herbarum venenuz tamen sibi semper reseruantes/ pugnat cōtra araneam. ⁊ spalangionem. ⁊ beneficio plātaginis earꝫ venenū superat ⁊ puncturā. cui⁹ venenū creditur esse frigidissimū. ⁊ iō omne mēbrū qđ tangit reddit insensibile/ ⁊ stupidū ac si esset congelatū. aīal siquidē est virulentū. ⁊ iō ad irā se animat ad omnem tactū. vñ quanto plus tangitur/ tāto turgescit āplius ⁊ inflatur. quot maculis sub ventre respergitᷣ/ tot nocumentis venenū eius obnoxiū fore phibetᷣ. oculos hz quasi igneos ⁊ lucentes. ⁊ est tāto pniciosior/ quāto ⁊ eius aspectus ardentior ĩuenitur. ⁊ quāuis claros habeat oculos/ odit tū solis aspectuz/ ⁊ querit latebras ⁊ fugit ad cauernas qñ sol oritᷣ/ ⁊ ipsius radijs terre supficies refouetᷣ. ⁊ herbas dulces diligit/ ⁊ earꝫ radices comedit. sed comedendo eas inficit ⁊ corrūpit. ⁊ iō in ortis ruta que bufonibus ⁊ ceteris venenosis est inimica. plātari ɔsueuit cuius virtute arcentᷣ. ne accedant ad illas herbas ⁊ radices que ibi crescūt/ ⁊ ibi terre cōmēdātur. loca fetida muscida ⁊ fimosa bufo diligit. loca aūt odorifera multū odit. vñ dicunt ꝙ vineis incipientib⁹ florere fugiūt. qꝛ odorē ipsarꝫ nō possunt sustinere. de bufone aūt (dicit pli. li. xxx. c. iiij.) sūt rane multū venenose/ q̄ dicūtur rubete/ que viuūt in vepribus ⁊ rubetis. qꝛ sicut sunt candidiores sic ⁊ ceteris sunt pniciosiores. ⁊ sunt alteri coloris subnigri/ alteri subrussi vel pallidi ⁊ subcinerini. Istas autē rubetas dicūt habere duplex iecur. vnū est sūme venenosū/ ⁊ aliud est remediū. ⁊ datᷣ p antidoto cōtra toxicū seu venenū. oꝫ aūt ipsa sic experiri. pijcitᷣ aūt iecur in nido formicarū partem venenosā formice fugiūt. aliā partem appetūt. ⁊ illam oꝫ retinere ⁊ vsui reseruare. Mira de his certa tradūt auctores (vt dicit pli.) dicūt. n. in eius latere dextro esse os oc/cultū qđ piectū in aquā feruentem facit eā subito frigerari/ nec vas feruere postea/ nisi os primitus eximatᷣ ⁊ illo officulo vtuntᷣ magi ad amorez ⁊ odiū cōcitādū. dicūt etiā inde quartanas posse sanari. quātūcūqꝫ aūt vermis il/le sit venenosus/ p incinerationem tū ⁊ cōbustionem amittit vim veneni/ ⁊ recipit maxiaz virtutem medicine. valet. n. miro mō ad car/nis ⁊ cutis aliquo casu pdite recupationem ⁊ neruorum consolidationem/ ⁊ vulnerꝫ desic/cationem ⁊ curā si debito mō illo cinere quis vtatur/ quere infra de rana in littera. r.

b Omber est vermis qdā nascens in frōdibus cipressi/ fraxini/ mori et terebinthi. vt d. pli. libro. xi. c. xxiij. Isi. aūt dicit sic. bōbex bōbicis est frondens vermis/ ex cuius textura bōbicinū cōficitur. Appellatᷣ aūt hoc noīe/ eo ꝙ euacuetur dū fila egerat/ et in eo remaneat solus aer. vt dicit idem. mirā aūt recipit hic vermis imutationem. nā primo nascitur sicut vermis similᷣ eruce/ que rodit folia olerū/ et pāpinos vine/arū. hic vermis frigoris impaciens bōbices telas araneaꝝ mō texit. et pmo pparat sibi corticem siue domū in qua habitet. et cōtra horrorem hyemis se defenset. Texturā aūt suaz facit peduz suorꝫ ministerio/ quibus subtiliat filū suuz et pectinat. et sic id in telam ordinat et componit.

c Ameli vt dicit Isi. li. xij. a greco noīe sūt sortiti/ eo ꝙ quando onerantur indignantes et accubentes

coram onerantibus humiliantur. greci enim
come humile et breui dicunt. vel dicũtur a ca
mur quod grece curuum sonat. quia in tem/
pore quando recipiunt super se pondera/ sup
anteriores puplices incuruantur. Cameli ita
ꝙ aialia sunt onerifera et mansueta/ ad por/
tanda onera et pondera deputata/ et inueni/
untur in multis regionibus/ sed potissime in
arabia. et differunt cameli arabici a camelis
aliarum regionum. naʒ arabici duos habent
in dorso gibbos. sed reliquaꝝ regionum ca/
meli in dorso habent vnum tantum (vt dicit
Jsido. in eodem) Plinius vero libro octa/
uo cap. xix. dicit sic. Camelus inquit inter ar
menta pascit oriens quoꝝ duo sunt genera/
bactricie. s. et arabice. Arabici cameli bina ha
bent tubera in dorso. batrici tantum habent
vnum in dorso/ in quo portant ⁊ alium in pe
ctore cui incubãt. cameli superiori ordine dẽ
tium vt boues carent ⁊ ruminant/ sicut bos ⁊
ouis. vt dicit Jsido. li. xij. vngulam tamẽ nõ
diuidunt vt postea dicetur. Veloces sũt mul
tum (vt dicit pli.) ⁊ ideo valent in prelijs cõ/
mittendis ⁊ etiam in mercibus deferendis.
Vltra assuetum camelus non procedit spaciũ
nec plus consueto onere suscipit ad portan/
dum. odium habent naturaliter cõtra equos
⁊ sitim etiam per quadriduum tolerãt. ⁊ quã
do bibũt turbant aquam. aliter potu nõ gau
dent. viuunt quadragenis annis/ quidã etiã
⁊ centenis. ⁊ aliquando etiam rabiem incur/
runt. castrantur cameli qui bello preparantur
fortiores enim sunt coitu penitus denegato
(hucusqꝫ plinius) De camelo vero dicit aui/
cen. sic. Camelus inquit mouet primo pedeʒ
dextrum sicut ⁊ leo. ⁊ solus habet super dor/
sum additamentum. ⁊ habet pedes fissos/ ⁊
in fissura habet pellem ad modum pedis an
serum. ⁊ ille fissure sunt carnose sicut fissure
pedum vrsi. ⁊ ideo faciunt eis homines sotu
lares ⁊ abluunt eis pedes ne pedum tenen/
tudo subtus ledat. ⁊ aliquando in corde ei⁹
inuenitur os sicut in corde cerui. ⁊ habet qua
tuor conos in duabus mãmillis sicut vacca.
⁊ camela se iclinat ⁊ vadit super genua/ quã
do appetit cum masculo copulari. ⁊ desideri
um eius est feruens tempore amoris. ⁊ tunc
paruʒ comedit ⁊ semper appetit coire iuxta lo
cum illum vbi primo coiuit. ⁊ vt dicit aristo.
lib. v. appropriatur camelis ꝙ sunt solitarij ĩ
montibus amoris tẽpore ⁊ nullus potest ap
propinquare eis nisi pastor. ⁊ virga camelo/
rum est neruosa ⁊ valde dura. ⁊ ideo fiunt ex
ea corde arcuum. Jtẽ ibidem in eodẽ. cameli

habent tempus determinatum ad cõitum ⁊
amorem. femina trahit in vtero per duodecĩʒ
menses/ ⁊ non coeunt ante triennium ⁊ post
partum quiescit per annum. Jtem dicit idem
libro viij. ꝙ sunt quedã genera cameloruʒ q̃
castrant/ vt sint ad fuge comodũ aptiores. ⁊
dicit ꝙ tales cameli sũt velociores eq̃s/ ⁊ hoc
accidit ꝓpter amplitudinẽ passus/ sed de hoc
quere infra de dromedario. Jtem nota cõtra
incestuosos de camelo. quia camelus (vt di/
cit aristo. li. viij.) non coit cum matre sua. coo
periebatur enim mater cuiusdaʒ cameli pallio
in quadam ciuitate ⁊ saltauit super eam fili/
us eius/ qui sentiens eam matrem suam de/
scendit anteꝗ coitus compleretur ⁊ momor/
dit ingenatorem ⁊ occidit ipsum. Exempluʒ
est aristo. ⁊ ponit simile de equo cuiusdam re/
gis. De camelo insuper dicit plinius li. xi. ca/
pitulo. xxxvij. ꝙ cameli caluescunt inter qua/
drupedia sicut homo ⁊ sicut strutio. ⁊ quedã
alia inter volatilia. dicit etiam idem ꝙ inter a
nimalia non cornigera/ camelus in superiori
maxilla non habet dentes superiores. ⁊ ideo
concordat cum animalibus ruminantibus ĩ
dentibus/ ⁊ in dispositione ventris/ sed non
in cornibus. Jdem dicit aristo. li. xiiij. vbi di/
cit animal cuius cibus ẽ materia spinosa/ ha/
bet multos ventres vt camelus. ⁊ animal ha
bens cornua/ non est habens dentes in vtra
ꝙ mandibula. ⁊ ꝓpter hoc non est camelus
habens dentes in vtraqꝫ mandibula/ sed in
vna tantum quãuis careat cornibus. Neces/
sario igitur fuit venter cameli/ altis disposi/
tionis. ⁊ assimilatur ventribus animalium
carentium dentibus in mandibula superiori
⁊ fuit creatio dentiuʒ eius/ sicut animalis ha
bentis cornua. ⁊ quia cibus cameli est spino
sus/ necessario fuit lingua eius carnosa ꝓpter
duriciem palati. natura igitur vtitur palato/
sicut parte terrestri dentium. ⁊ ꝓpter hoc ru/
minat camelus sicut habentia cornua/ qꝛ vẽ/
tres eius ventribus habentium cornua assi/
milatur. Recipit itaqꝫ cibum in primo ventre
penitus indigestum. in secundo autem inci/
pit digeri. in tertio melius. in quarto digestio
penitus completur. ⁊ ista ventrium diuersi/
tas fuit necessaria ꝓpter grossitiem nutrimen
ti siue cibi quia parum dentibus molit cibuʒ
Jtem aristo. libro. xiiij. a. camelus non habʒ
fel distinctuʒ super epar/ sicut nec elephas. qꝛ
epatis naturam habet valde sanam ⁊ sangui
nem naturaliter dulcem. ⁊ in talibus anima/
libus non inuenitur fel aut si inuenitur/ in ve
nis gracilibus valde venitur. ⁊ ideo dixerũt

antiqui sicut anaxagoras. ꝙ cameli ꝑpter ꝑuationē fellis sunt vite longioris/ quia diutius viuunt aĩalia paruz habentia fellis/ ꝙ illa que habent multū. ⁊ ideo posuit anaxagoras ꝙ fel esset causa infirmitatū omnium acutarum/ quando .s. multipliciter ad pulmonez ⁊ ad alias partes corporis se diffūdit. sed dicit aristo. hoc eē falsum. quia multa animalia in quibus non inuenitur fel. acutas ⁊ mortiferas aliquando sustinent passiones. vt patet in camelis/ quibus accidit aliquando podagra et rabies. vnde constringuntur pedes sui/ et interficit eos ista infirmitas/ et tamē carent felle. vt dicit idez (hucusq; aristo) De camelo etiā dicit constan. in dietis vniuersalibus. camelus est animal calidissimū ex natura. et ideo naturaliter est macillentū. calor .n. totam trahit sanguinis vnctuositatez. ⁊ ideo remāet sine mltā crassitie. ⁊ camelinū lac subtilius est lacte aliorum animalium ⁊ min⁹ vnctuosum. ⁊ minus nutritiuum. magis autem est calefactiuum. diureticum idest appetitiuū. lac enim nihil aliud est ꝙ sanguis secūdo coctus. ⁊ ideo lactis sapor cameli salsus est ⁊ acutus. vnde humorum grossorum est incisiuum ⁊ attenuatiuum/ cui vaccinum lac ē contrarium. Est enim grossum vnctuosum ⁊ multum nutritiuum. alias autem proprietates q̄re infra de dromedario.

Cameleopardus vel cameleopardalis est animal ethiopum. vt dicit Isi. libro. xij. ⁊ pli. libro viij. c. xix. caput habens cameli ⁊ collum equi ⁊ crura ⁊ pedes bubali ⁊ maculas pardi. Est eniz bestia maculis albis rutilez colorem distinguētibus superaspersa. ⁊ ideo a capite cameli ⁊ maculis pardi cameliopardalis ē vocata (vt d. pli.) Est autem bestia magis aspectu ꝙ feritate conspicua in tantum mansueta/ ꝙ etiā ouis fere nomen accepit. vt dicit idem. hoc animal fuit mundum scd'z mosaicam legē quo ad esum sed non quo ad sacrificium. nam vngulam findebat vt bubalus/ ⁊ ruminabat vt camelus. ⁊ ideo eam comedere erat fas. vt pz deu. xiiij.

Cameleon huius cameleōtis. ē bestiola parua diuersa varietate colorum conspersa. cuius corpusculum ad varios colores quos videt/ facilima conuersione variatur. non inuenitur aliquod aliud animal cuius corpusculum ita recipiat colorum oppositorum imutationem. vt ibidem dicit Isido. Scd'm autem auice. cameleon idez est ꝙ stellio. quia lucet vt stella. ⁊ etiam imutat colores/ quia est animal timidūz ⁊ pauci sanguinis. ⁊ ideo colores mutat. ⁊ est quadrupes habens faciem lacerte ⁊ vngues acutos ⁊ recuruos/ ⁊ corpus asperum ⁊ durā cutem/ ⁊ ad modum cocodrilli. Aristo. autem dicit sic libro. ij. cameleon inquit est animal ī corpore simile lacerto/ cuius latera sunt oblōga peruenientia ad inferius sui ventris/ sicut latera piscis. ⁊ medium spondilium dorsi ei⁹ prominet sicut spōdiliuz piscis. ⁊ facies eius sicut animal est ex porco ⁊ simia. ⁊ habet caudam valde longam. ⁊ eius extremū est gracile/ ⁊ habet pedes reflexos/ sicut lacertuli ⁊ q̄libet pedum diuiditur in duo. ⁊ comparatio vnius ad alterum est vt pollicis hominis ad residuum manus. ⁊ quelibet istarum partiuz diuiditur ī digitos ⁊ vngulas similes vnguibus auium/ totum corpus eius asperum sicut corpus bardani. oculi eius profundantur ⁊ sunt magni ⁊ rotundi/ ⁊ continentur in corio simili corio totius corporis eius/ ⁊ nō cooperiuntur ab ipso. ⁊ girat oculos suos frequēter circūquaq; ⁊ alteratur color eius/ quādo inflatur corium eius. ⁊ habet colorem declinantem ad nigredinem ⁊ sunt in eo macule nigre. ⁊ hec variatio est ī toto corpore eius ⁊ maxime in oculis ⁊ in cauda. ⁊ eius motus est grauis valde. ⁊ in morte eius est turpis coloris. ⁊ id quod est in corpore suo est modice carnis. parum enim habet nisi in capite ⁊ radice caude vbi parum habet sanguinis/ similiter in corde ⁊ in venis exeuntibus ab eo ⁊ ī circuitu oculorum/ quāuis sit paruz ⁊ eius cerebrū est prope oculos. ⁊ si quis diuiserit corpus in duo/ permanebit in operatiōibus suis per suum spiritum ⁊ remanet modicus motus circa corpus ⁊ non habet splenem ⁊ manet in cauernis sicut lacerta (hucusq; aristo.) Pli. vero. li. xxviij. c. viij. sic dicit. cameleon ē animal simile cocodrillo sola curuatura dorsi/ ⁊ caude amplitudine distant. nullum animal eo pauidius estimatur/ ⁊ ideo mutat̄ ei⁹ color. vis enim eius maxima est contra accipitruz genus. detrahit .n. accipitres ad se volantes ⁊ prebet ceteris animalibus voluntarie lacerandos. caput eius ⁊ guttur si cū quercinis lignis accendatur/ ymbres facere ⁊ tonitrua democritus asserit. sed hoc decidet pli. qualecūq; sit animal/ inter mūda cōputatur. vnde super leui. xi. dicit et esicius in tesat. pre infirmitate mansuetū se fingit cū sit crudelis. Dicitur aūt cameleō viuere solo aere/ sicut talpa et terra et allec ex aq̄ et salamādra ex igne. Unde versus. Quatuor ex puris vitā ducūt

elementis. Cameleon talpa maris allec et sa lamandra. Terra cibat talpam flāme pascūt salamandrā. Unda fit alleci cibus aer came leonti.

Caprea est siluestris capra a carpē c do dicta. vnde Isi. li. xij. capros et capreas a carpendis virgultis quidā dicunt. Alij vero sic eas dictas putant ꝙ carpunt aspera. nōnulli vero dicunt eas sic vocari a strepitu cruriū. vnde vocātur capree siluestres capre quas greci ꝓ eo ꝙ acutissime videant toreos appellauerūt. morantur eniʒ in excelsis montibus. et tamen de longinquo vident venientes venatores. eedem dicitur et ybices eo ꝙ ad instar auiū ardua loca pe/tant/ita vt de sublimitate vix obtuitibus hu manis pateant (vt dicit Isi. lib. xij. a.) ⁊ sub dit. hec itaq̄ animalia in petris abrutinis cō morantur. ⁊ si aliquando hominū approxia tionē ⁊ psecutionē presēserint ferarꝫ/ de altis/simis saxorꝫ cacuminibus sese ꝑcipitantes in suis se cornibus suscipiunt illesas. Dicuntur etiam ⁊ dame siue damule vt dicit papi. que re infra in lra. d. de damula. Est itaq̄ caprea velocissima in cursu. leuissima in saltu. acutis sima in aspectu. dulcissima quo ad gustuʒ. te nerrima ⁊ sanissima quo ad esum. sagacissi/ma quo ad pastum. nam vsu gustu ⁊ olfactu discernit inter herbas ⁊ arboruʒ ramusculos quorꝫ extremitates teneras comedit ⁊ depa/scit. dicit etiā pli. leopardus capree siluestris bibit lac ⁊ vim langoris euitat.

is. vt dicit aristo. li. viij.

Oua corui vt dicit aristo. li. vi. sūt
multa ⁊ cubantur solum a femina
⁊ masculus interī defert ei cibū ⁊ eijcit aliqua
ꝓpter multitudinē. ouat aūt coruus ⁊ pullifi
cat in medijs estus feruoribus cōtra naturam
aliaꝝ auiū. Unde petronius Coruus matu/
ris frugibus oua defert ⁊c.

Oua cigni sunt multa ⁊ magna ob
longa dore teste non multū grati
saporis ⁊ grauis odoris. sūt ⁊ du
re digestionis magis ꝙ oua anseris.

Oua cocodrilli sūt maiora ouis an
seris ⁊ fouentur in terra vicissim/
nunc a masculo nunc a femina vt
dicit pli. li. viij. Sunt aūt oua illa venenosa
⁊ interius quasi saniosa/ olfactui ⁊ gustui hor
ribilia ⁊ ad comedendū mortifera.

Oua columbe sunt minora ꝙ gal/
line alba rotunda aliquantulum
oblonga/ sapida/ calida/ ⁊ bene
nutribilia. Sunt autē oua columbe duo ⁊ ex
vno generatur masculus/ ⁊ ex alio femina/ ⁊
masculus cubat super ea de nocte ⁊ femia de
die (vt dicit aristo. li. vi.) multotiens ouant in
anno quia decies ⁊ maxime in calidis regiōi
bus. vt in egypto. quere supra li. xij.

Oua colubri sunt multa sicut ⁊ ali
oꝝ serpentū valde rotunda subal
bida vel humida mollia saniosa
coniuncta ⁊ mortifera ⁊ venenosa.

Oua draconis sunt maxima maio
ra lōgitudine ꝙ cocodrilli vel stru
tionis. vt dicit pli. Est autē anīal
ouās interius sed nō exterius sed intus cōplē
tur ⁊ formant̄ fet⁹ vñ draconū oua sūt paucō
ra ꝙ alioꝝ reptiliū. ꝭ sūt maiora sāguinolēta
⁊ saniosa/ virulēta/ mortifera ⁊ venenosa.

Oua herodij sūt ꝑua varia oblōga
sicut oua accipitris siue nisi. ⁊ sunt
pauca. qꝛ oīs auis curui vnguis
est fortis volatus ⁊ pauce humiditatis ⁊ sup
fluitat̄. ⁊ iō paucoꝝ ouoꝝ. vt. d. aristo. li. xvij.

Oua formicaꝝ sunt valde ꝑuula al
bida ⁊ rotūda/ que ex corp⁹ paula
tim recipiūt in locis calidis musci
dis incremēta quousqꝫ plenarie cōpleant̄. q̄ si
aliquo casu mota fuerit de suo nido vel dispꝫ/
sa a formicis recolligunt̄ ⁊ ad suos nidos re/
ferunt̄. odorifera sūt ⁊ medicinalia. vt. d. pli.
vnde ⁊ nisi sibi medent̄ comestis ouis formi/
carum vt dicit pli.

Oua grauis mediocriter sūt magna
pallida dura ⁊ īsipida grauis odo
ris ⁊ igrati sapori dure digestiōis

Oua griffis ouis aq̄le sunt maiora
duriora sapore ⁊ odore grauiora

qualitate sũt calidiora ⁊ ficciora ⁊ etiã nume ro pauciora qꝛ vltra duo nũq̃ parit qꝛ valde est difficilius cubationis vt dicit aristo.

Ova gallinaꝝ sunt ceteris tẽperati ora nutrimento hominis cõueniẽ tiora vt supra dictũ ẽ. oua tñ vẽti sunt insipida ⁊ illaudabilia nutrimento. de h quere supra eo. li. xij.

Ova hyrũdinũ sunt plura. nã vt di cit aristo. aues aũt parui corporis multe sunt ouationis vt. d. aristo. nulla aũt auis carnẽ comedẽs ouat bis ĩ ãno pter hyrũdinẽ que ouat bis ⁊ aliqñ bis pulli ficat. oua aũt prima aliquãdo corrũpunt̃ pro pter hyemẽ. posteriora vero cõplẽtur. vt dicit aristo. li. vi.

Ova cancroꝝ primo generãtur in ter corticẽ ⁊ ventrẽ. inter caudaꝫ ⁊ dorsũ intrinsecus deinde emittun tur exterius ⁊ sub cauda recolligũtur ⁊ ibi tur gescunt ⁊ rotundãtur/ ⁊ crescũt donec cõpleã tur. pereunt aũt quãdo semine masculi nõ per funduntur vt dicit aristo.

Ova locustaꝝ intus generantur ⁊ sunt plura ⁊ minutissima que effu sa super frondes ⁊ gramina in ae re corrupto calido ⁊ humido in infinitum ali quando multiplicantur.

Ova lacertarum sunt similia ouis serpentum sed sunt minora visco siora ⁊ sunt venenosa. h minus q̃ serpentum vt dicit pli.

Ova milui sunt pauca parua cro cea ⁊ maculis respersa/ ouis cete ris auium siluestrium magis terre stria atqꝫ sicca sapore ĩsipidissima ĩ odore gra uiora.

Ova merguli sunt parua multũ ca lida/ varia tamen ⁊ alba paꝝ dif ferentia ab ouis anatũ stagnoruꝫ ⁊ fluuiorum.

Ova nisi sint puula varia calida ⁊ sicca/ ⁊ quãdoqꝫ parit nisus oua vẽti quando nimis impinguatur

Ova coturnicis sunt similia ouis corui ⁊ dĩ q̃ valent epilenticis ⁊ caducis. vt dicit pli.

Ova onacrocali sũt silĩa ouis anse ris sed minora sunt ⁊ insipidiora ⁊ in odore grauiora ⁊ ĩ colore mi nus alba ⁊ ad digerẽdũ duriora.

Ova pauonis sũt grossa ⁊ dure te ste ⁊. xxx. diebus cubat super oua sua ⁊ tũc scidũtur ⁊ ponit. xij. oua vel parum minus ⁊ abscondit oua sua femiã ꝓpter masculum qui si inuenerit ea frangit vt dicit aristo.

Ova perdicis sunt similia ouis co lumbe in tẽperamento ⁊ in cõple xione ⁊ in magnitudine ⁊ furatur altera alteri oua sua. sed hec fraus fructum nõ habet/ quia cum vocem pulli audierint ꝓprie genitris/ matrem que eos fouerat derelinquũt ⁊ ad eã q̃ eos genuit reuertũtur. vt. d. Isido.

Ova passeris sũt valde parua ⁊ mi nuta ⁊ bis ĩ ãno ouat ⁊ pullificat ꝑ̃cipue quãdo pria oua corrũpũt̃ vel casu aliquo amittũtur. Sũt aũt calidissi ma renũ inflatiua ⁊ libidinis excitatiua. sicut ⁊ coꝝ cerebella. vt dicit constan.

Ova quiscule sunt parua ⁊ rotũda ⁊ minora q̃ perdicis ⁊ maiora q̃ alaude. ⁊ ẽ quiscula auis modica a sono vocis sic dicta camosa pennosa mino ris volatus q̃ alauda ⁊ nidificat sub gleba si cut alauda. ⁊ eius ouis insidiatur mustela. ⁊ ideo ponit oua in diuersis locis ⁊ super q̃dã cubat masculus ⁊ sup quedã femina. sed post eductionem pullorum de eis parum sollicitã tur parentes eorum.

Ova riuatrix idest cuiusdam serpẽ tis venenosi aquas inficiẽtis sũt sicut oua colubri sed minora ⁊ in maculis respersiora / ⁊ sunt oua virulentiora ⁊ perniciora. riuatrix autem fouens oua iuxta aquam vel fontes veneno eas inficit ⁊ corrũ pit. De quo lucanus. Riuatrix violator aque ⁊c. quere. xij. li. Isido.

Ova strutionis sunt maxima rotũ da valde alba dure teste insipidi saporis ⁊ grauis odoris. quãdo autẽ venit hora vt oua pariat ad stellas plia des oculos leuat. nõ. n. oua ponit nisi in ortu illius cõstellatiõis. vnde visa stella circa mẽsẽ iulij arenã fodit vbi ponit oua sua sabulo te gẽs ea. ⁊ cũ ea reliquerit stati obliuiscatur vbi ea posuit nec ad ea redit vltra. sed calor solis in arena illa excoquit ⁊ ex eis pulliculos pro creat ⁊ ꝑducit. Si tñ fracta testa pullus edu ctus fuerit mr̃ ipm̃ recognoscat/ ⁊ quẽ ĩ ouo cõ tẽpserat egressũ r̃colligit atqꝫ nutrit. Oua au tẽ strutiõis in ecclesijs suspẽdũtur ad ornatuꝫ propter eorum magnitudinem ⁊ raritatem.

Ova turturis silĩa sũt ouis colum baꝝ ad aliquãtulũ miora. ⁊ ouat in vere duo oua ⁊ nõ plus ouat ni si oua prĩa corrũpãtur vt. d. aris. li. xvij. ouat ⁊ cubat sup dura ligna vt colũba ⁊ põt cuba

re ꝛ ouare vsq ad .xv. annos. vt dicit aristo.

Oua vpupe sūt sicut oua perdicis sȝ minora ꝛ duriora ꝛ aspectu deformiora ꝛ gustui insipidiora ꝛ odoratui grauiora. inter stercora ꝛ immunda fouentur ꝛ cubantur / ꝛ hec oua magis ꝛ maleficis (vt dicunt) sunt vtilia ad sua maleficia exercenda. vt dicit plinius libro .xxx.

Oua vulturis sunt magna sicut aq̄le ꝛ pauca q̄ difficiliter cubat sup oua sua. Sunt autē subnigra maculis respersa dure teste mali odoris ꝛ ingrati saporis. ꝛ aliquando eijcit aliqua de ouis suis sicut aquila. qꝛ non de facili potest nutrire pullos suos vt dicit aristo. Hec de ouis ꝛ de mō ouationis ꝛ eorum qualitatibus ꝛ differentijs dicta iam sufficiant.

De numero.

Ad predictas ꝓprietates rebus insertas vltimo visum est mihi vtile inserere quedā pauca ꝛ leuia de ꝓprietatibus ꝛ differentijs numerorum / mensuraꝝ / ponderum ꝛ sonorum. nam vt dicit Isi. li. iij. ratio numeroꝝ non est contēnenda. In multis etiam locis sacre scripture elucet quantū ministerium optinet ratio numeroꝝ. Non enim frustra dictū ē. oīa fecisti in numero pōdere ꝛ mensura. sicut dicit sap. xi. nam senarius qui ex suis ptibus est perfectus mundi perfectionē designat ꝛ sic de alijs numeris est intelligēdū. nihil. n. scire possumus sine numeri disciplina. qꝛ p eā horas tempoꝝ discernimus quando de mensiū circulo disputamus / dū spaciū anni redeūtis agnoscimus. Per numeꝝ siquidē instruimꝰ ne in cōputis cōfundamur. tolle inquit numerū in rebꝰ ꝛ oīa pereunt / adime cōputū ꝛ totū ignorantia cōplectit. nec differunt hoīes a ceteris aīalibus / qui rationē calculi ꝛ cōputationis adhuc ignorāt. vt dicit Isi. ibidē. Item etiā de principio arithmetice / qꝛ nūq̄ scietur quid sit triangulus sine ternario nec quadrangulus sine quaternario ꝛ sic de alijs. vnde notū est q̄ sine cognitione numeri nulla scientia mathematica possidetur (vt ibidē dicit). Numerus aūt vt dicit idē est multitudo ex vnitatibus aggregata. nā unitas radix est ꝛ semen numeri siue mater / ꝓles vero numerus. quia vnitas ingenita est non habens numeꝝ a quo exeat / sȝ omniū numeroꝝ est origo a qua oīs numerus effluit ꝛ emanat. nam vnū est radix multitudinis ꝛ multiplicationis ꝛ ē simplicīꝰ ꝛ sublimius ꝛ virtuosius omniū sub eo cōtētoꝝ (vt dicit aristo. ꝛ auicē. li. i. c. ij.) Nam cuȝ vnū sit radix ꝛ origo multitudinis oīa sub se continet ꝛ oīa sunt in eo vt in suscipiēte. vt dicit idē. c. xxxiij. nā vnitatis ꝓprietas est multitudinē efficere ꝛ illā retinere ꝛ ei esse dare ac in oībus eius partibꝰ existere ꝛ continere simpliciter vt dicitur li. iiij. c. ij. Itē cū omniū rerū vnitas sit origo quāto plꝰres ap ꝓpiquat vitati tāto plꝰ a ꝓpiq̄t veritati vt dicit idē. c. ij. nā vnitas se hȝ ad modū forme. dualitas aūt per modum materie. ꝛ ideo quanto plus res accedit ad vnitatem / tanto plus recedit a duplicitate ꝛ appropinquat ad simplicitatē. ꝛ quāto plus accedit ad vnitatem / tanto plus accedit ad entitatem. quia esse non est prius vnitate. vt dicitur libro. ij. c. ix. nec diuersificatur vnitas nisi ꝓpter materiam cum sit sustentatrix omnium ꝛ retentrix. vt dicitur libro .v. c. xxxi. Tanta enim est laus vnitatis apud sapientes q̄ a multis anima dicebatur esse vnitas in numeris ꝓcedens ab vnitate. ꝛ dixerūt q̄ vnitas est principium cuiuslibet continui ꝛ discreti. vt dicit auicen. libro. iij. ca. i. Est vnitas itaq̄ cōmendabilis / quia a nullo numerabili oritur sed a seipsa pricipiatur / a qua omnis numerus oritur ad quam omnis numerositas tanq̄ ad radicē ꝓpriam ꝛ originem reuocatur. vt dicit idē. Item rōne simplicitatis qꝛ vnū ē quod nō diuiditur. vt dicit idē. c. iij. verissime inquit vnuȝ ē quod nec actu diuiditur nec intellectu. ꝛ talis vnitas est principiū nūeri. vt dicit idē ibidē. Item dicit idē vnitas ē in qua nō ē multitudo quod vtiq̄ intelligitur de vnitate prima ꝛ simplici ad quā oīa quātūcū q̄ disparia reducūtur. nam vnū multipliciter dicitur vt post patebit. Itē ratione perfectibilitatis. nam particularia perfecta in se sunt qn̄ ad vnitatem sunt redacta. naȝ totalitas ꝛ perfectio debetur vni. vt dicit aristo. v. phisicoꝝ. c. iiij. quia perfectum sufficit ad esse vnum. vt dicitur de celo ꝛ mundo in. c. ij. Item ratione singularis dignitatis. vnū enim per se est aliquod existens solitarium. vt dicitur in lib. methe. c. xvi. Et ideo alga. dicit super. iij. metha. c. xv. quod ē cā vnitatis est vnū essentialiter ꝛ primo magis dignū. Est aūt vnum siue vnitas multiplex vt dicit alga. est vnū simplex ꝛ est vnum scd'm quid. Unum simplex dr̄ vnuȝ in quo non cadit multitudo nec actu nec potētia. Est ꝛ vnum simplex i quo nō ē multitudo actu quāuis sit potētia vt lectus ꝛ mēbruȝ in quo nō ē multitudo actu. Unū aūt scd'ū q̄d

dicitur multipliciter scȝ vnuȝ genere vt homo ⁊ bos. vnū spē vt sortes ⁊ plato. vnū acciden te vt nix ⁊ cerusa. vnuȝ ꝓportione ⁊ auriga. ⁊ vnū in subiecto vt dulce ⁊ alqū in aliqua sub stantia vna. Aristo. aūt in principio phisico/ rū. c. v. dicit ꝙ est vnū accidēte. vt duo acciden tia in vno subiecto. ⁊ est vnū per se multiplici ter ⁊ vnum continuatione quoꝝ terminus est vnus. ⁊ vnū specie/ vel forma/ vt sortes ⁊ pla to in hoīe. vnū genere vt homo ⁊ bos in aīali ⁊ vnū in diffinitione vt illa quoꝝ vna est diffi nitio. ⁊ vnū indiuisibilitate ⁊ punctus. ⁊ vnū numero vt singulare. ⁊ vnū simplicitate vt es/ sentia. ⁊ vnū totalitate siue pfectione vt circu lus. ⁊ vnū materia ⁊ oīa corpalia. Ber. auteȝ distinguit nouē modos vnitatis ad Euge. v. est. n. vnitas naturalis ⁊ gratuita ⁊ ē sup vtrū ꝙ constituta. Unitas aūt naturalis ē in q̄dru plici drīa. quedam est per aggregationē reruȝ differentiuȝ ⁊ distinctaꝝ vnitas collectiua. vt multi lapides faciunt vnū aceruū. ⁊ quedā est per colligationē partiū formaliter differentiuȝ siue partiū etherogeneaꝝ ⁊ sic est vnitas cōsti/ tutiua vt multa mēbra vnū corpus. ⁊ quedaȝ per coniunctionē differentiū sexu in generatio ne ꝓlis ⁊ sic est vnitas cōiugatiua quādo scȝ vir ⁊ mulier sunt duo in carne vna. ⁊ quedam est ꝑ vnionē naturaꝝ differentiū conueniētiuȝ in vnitateȝ personalē/ ⁊ hec est vnitas natiua qua anima ⁊ caro sunt homo vnus. Unitas aūt gratuita similiter habet quatuor differen tias quaꝝ prima est potestatiua/ qua hō vir/ tuosus stabilitur in se ⁊ inuenitur anime indi uisus. Secunda est consentanea qꝛ per carita tem multoꝝ in domino est anima vna ⁊ cor/ pus vnū. Tertia est votiua quādo anima ha bet cū deo per omnia cōformitatē ⁊ vocis eiꝰ adherens vnus spūs ē cū eo. Quarta digna/ tiua qua limus nr̄ dei verbo ē assumptus ad persone diuine vnitatē. Unitas supernatura lē ⁊ gratuitā cōsubstātialis est vnitas trinita/ tis/ quāquidē vnitatē oportet eē solā ⁊ singu/ larē vt in ea sit status ⁊ quies omniū vnitatū. Ex predictis patet ꝙ totalitas ⁊ perfectio de betꝛ vnitati. vt vult aristo. v. phisicoꝝ. Quod enim totū idest perfectū nō est non dr̄ vnū vni uersaliter vt dicit aristo. ibidē. Sūt aūt vnum numero quoꝝ materia est vna. sed forma sunt vnū quoꝝ vltima perfectio est vna ⁊ totalis. vnū genere quoꝝ est vna forma predicatiua vnitas aūt que ē pricipiū numeroꝝ nō ē vna materia sed numero vt dicit aristo. ibideȝ ⁊ est res simplicissima que prio subsistit/ ⁊ per illaȝ oēs alie. in oībus. n. generibus ē vnū princi/ piū quod ē in illis particulare. vt in coloribus ē albedo ⁊ in melodijs pneumaticis tonus siue sonus ⁊c. vt. d. aristo. x. li/ meth. c. ij. ⁊ iō vnitas numeralis in qua orit ⁊ ad quā resol/ uitur oīs numerus diuine vnitatis est expres/ siua similitudo ⁊ figura. nā vt dr̄. iiij. methe. c ij. primū in genere substātie ⁊ indiuisibile est motor p̄mus eternus scȝ deus absolutus ab oī materia/ qui nō solū ē principiū primū tāꝙ motor ꝫ tanꝙ forma ⁊ finis ⁊ actus vltimus ei nō admiscet potētia oīno ⁊c. vnde ab ipso deo vno ꝓcedit in substantia oīs creatura ef/ fectiue ⁊ exemplariter/ sicut ab vnitate ꝓcedit oīs numerus originaliter ⁊ ad ipsuȝ velut ad finē oīa referūtur/ sicut ad vnitatē primā oēs nūeri resoluūtur/ vt idē sit finis oīuȝ q̄ ē princi piū deus qui ē benedictus in secula seculoꝝ.

a D vnitatē aūt addita vnitas dua litas ꝓcreatur que post vnitatem oīuȝ numeroꝝ numeꝝ ⁊ pricipiū secūdariū tenet locū ꝫm Isi. ⁊ hic nūerus qui binarius dr̄ ab aliquibus infamis iudicatur qꝛ ab vnitate ꝑ binariū separamur. vnde no/ ta dr̄ eē diuisionis. Sȝ vt dicit augꝰ. in li. vi. musice si vituperabilis ē qꝛ ab vnitate prio rece dit/ laudabilis ē qꝛ ab vnitate exiēs ternario approximat ⁊ accedit/ q̄ nūerꝰ nobilissimꝰ est.

t Ernarius ē numerus ex vnitatis additiōe ad binariū generatus ⁊ ē ternarius inter numeros sacratis simus/ qꝛ in ipso totius trinitatis vestigiū iue nit/ qꝛ sicut pria vnitas p̄mi p̄ncipij repn̄tat vnitatē sic ternarius psonaꝝ in deo exprimit trinitatē filij scȝ a pr̄e generationē ⁊ spūs sācti a pr̄e ꝑ filiū ꝓcessionalitatē. In ternario siq̄/ dē adhibuit ans. magnificare deū sublimeȝ ⁊ gloriosū. vt dr̄ in li. de ce. ⁊ mū. c. ij. nā beatā trinitatē clamat ⁊ p̄dicat q̄libȝ creatura q̄ fcā est a deo trino ⁊ vno in numero pōdere ⁊ mē/ sura/ vt dicitur libro sap. xi.

e X additiōe vnitatis ad ternariuȝ quaternarius surgit/ qui a figura quadrata nomē sūpsit. vt. d. Isi. forma aūt quadrāgula maxime stabilis ē atqꝫ firma. ⁊ iō maxime stabilitatē signat vniuersa lis ecclesie ⁊ firmitatē fidelis aīe tā i virtutibꝰ ꝙ in scientia ⁊ doctrina que cōphēdit cū oībꝰ sāctis q̄ sit longitudo latitudo sublimitatis ⁊ ꝓfunditas.

e X additione aūt vnitatis ad qua ternariū surgit scd̄s numerꝰ impar scȝ quinariꝰ q̄ iter ipares i binario distās a ternario ē secundus/ ⁊ illos ideo sepe designat qui ad trinitatis fidei doctrinā sciaȝ

supaddunt.et tñ quãuis instructi sint p fidē ꝛ ꝑ legē nihilominus tamen quinqꝫ fatuis virginibus et quinqꝫ iuga boum emētibus comparantur.qꝛ in quinqꝫ carnalium sensuum voluptatibus adhuc detinentur.

e X additione quo qꝫ vnitatis ad q̃narium crescit senarius qui prim⁹ numerus est perfectus qui ex suis partibus aliquotiens simul aggregatis reddit eandem summam.qđ in monadib⁹ numeris non inuenitur nisi in senario.nec in decadibus nisi in.xxviij.et iõ dicit boetius li. i.c.xviij.ꝙ senarius numerus est emulator virtutis qꝛ nec superflue pgreditur nec diminute remittitur sed inter equales partes tenet mediū non habens superfluū neqꝫ diminutum.naꝫ senarius continet in se partem sui mediam.s.ternarium et terciam.s.binarium et sextam .s.vnitatem.Sex autem vnitates faciunt senarium et duo ternaria senariuꝫ.et tres binarii eūdem reddunt numerū.et iõ iste numerus pfectionē gratie et virtutū significat in scriptura.

s Eptenarius quidem est qui ex additione vnitatis ad senarium et inter impares est tercius.super excrescentiam gratie designat septiformis que semper crescit et pficit in tenētibus fidem beatissime trinitatis.

o Ectonarius autem qui crescit per additionem vnitatis ad septenarium et componitur ex duabus ptibus equalibus.s.ex duob⁹ quaternariis vel ex duobus imparibus inequalibus .s.ex quinario et ternario signat super additioneꝫ beatitudinis et glorie in patria que succedit illis qui habuerint septiformam gratiam hic in vita vbi paritati meritorum respondebit paritas premiorū et imparitati tormētoꝝ et afflictionum/imparitas gaudiorum ꝛ particularium consolationum.nam gaudium martirum aliis paribus excedet gaudium confessorū et virginum coniugatorum.vt stella differt a stella in claritate.i.corin.xv.et ideo propter ineq̃lia merita et gaudia diuerse et dispares dicūtur i domo patris luminū mãsiones Jo.xiv.

n Ouenarius autem qui crescit p additionem vnitatis ad octonarium ꝛ componitur ex triplici ternario et immediatius se habet cum denario solum in vnitate differens ab eo.statum et gloriam representat triplicis hierarchie angeloꝝ quarum quelibet conuenientiam habet ꝛ cōformitatem cum beata trinitate et immediat⁹ se habent ad deum ceteris creaturis.

d Enarius aūt qui p excrescētiā vnitatis excedit nouenariū ꝛ ē limes ꝛ terminus oīuꝫ simpliciū numeroꝝ.primū aūt omniū ꝯpositoꝝ repūtat merito ipsū christū deū qui ē alpha ꝛ o finis.s.pricipiū.nō solū creaturaꝝ principiū simpliciuꝫ veꝝ felicitas ꝛ beatificatio ē hominū ꝛ angeloꝝ.denarius itaqꝫ numerus ē prim⁹ ꝛ limes nūeralis/qꝛ sine eius additiōe vel replicatiōe vlterius nūer⁹ nō ascēdit q̃ deaes i se duc⁹ nūerū reddit pfectū.s.cētenariū qui đ leua transit in dextrū.vt dicit Beda.Ex iā dictis pꝫ ꝙ numeroꝝ alius ē digitus/ali⁹ articulus/ali⁹ cōpositus.Digitus cōtinet numeros simplices ab vno vsqꝫ ad decē.Articulus cōtinet deceꝫ ꝛ reliquos denarios.Cōpositus āplectit digitū ꝛ articulū vt xi.xij.xiij.ꝛ sic de aliis vsqꝫ ad xx.qui ē secūdus articulus sicut.xxx.tertius . ꝛ xl.quartus ꝛ sic de aliis vsqꝫ ad cētū.ꝛ decies cētū reddūt millenariū in quo dignitas denarij apparet sine cuius replicatiōe ad millenarium nō venit. Recipit aūt numerus quātitatē ꝛ acerius ex vnitatibus pfusus multiplicē diuisionē. Numeroꝝ alius par alius ipar. Nūerus par ē qui i duabus ptib⁹ equis diuidi pt vt duo quatuor sex ꝛ octo. Impar numer⁹ est qui in equis ptib⁹ diuidi non pōt vno medio vel deficiente vel suphabūdāte vt tria quinqꝫ septē.ꝛ reliqui vt.d.Isi. Par aūt nūerus sic diuiditur.qꝛ alius ē pariter par.ali⁹ pariter iparat.alius est impariter par. alius ipariter impar. Pariter par numerus ē qui đm parē nūerū pariter diuidit quousqꝫ ad indiuisibileꝫ pueniat vnitatē.verbi grā.lxiiij.habent medietatē.xxxij.hic.xvi.ꝛ iste octo.octo aūt quatuor ꝛ hic binariū.s.duos.binarius aūt vnitatem habet que indiuisibilis ꝛ singularis ē. Pariter ipar ē numerus qui i equas partes recipit diuisionem sed partes eius remanēt indiuisibiles vt sex.decē.xiiij.xviij.xxx.mox eniꝫ vt tales numeros diuiseris incurres numeꝝ quem diuidere nō poteris in equas partes. Impariter par numer⁹ ē cui⁹ partes equaliter diuidi possunt đ vsqꝫ ad vnitatē nō ptingūt vt.xxiiij hi medietate diuisi.xij.faciūt.rursus in aliam medietatē sex.deinde i aliā medietatē tria.sed vlterius cessat oīno / đ inuenit terminus indiuisibilis in equis partib⁹ ante vnitatē.s.tria. Impariter ipar ē qui ab ipari nūero ipariter numerat vt.xxv.ꝛ xlix.qui diuisi ꝛ ipares nūeri ab iparib⁹ ꝛ parib⁹ diuidunt vt septies septē faciūt xlix.ꝛ quinquies quinqꝫ faciūt.xxv. Itē pariū numeroꝝ alij dicunt supflui.alij diminuti.Supflui sunt quoꝝ ptes simul ducte

plenitudinē suā excedūt vtputa duodenarius habet enim partes quinq₃. duodecimam q̄d est vnum. sextam duo. quartam quod est tria. tertiam quod est quatuor. dimidiam quod ē sex. vnum enim duo tria ꝛ quatuor ꝛ sex simul ducta. xvi. faciunt ꝛ longe duodenarium excedunt sicut ꝛ alij similes plurimi. Diminuti sūt numeri qui partibus suis computati minorē sūmā efficiunt. vtputa denarius cuius partes sunt tres. decima quod est vnum. quinq₃ q̄d ē duo. dimidia quod est quinq₃. vnum enim ꝛ duo ꝛ quinq₃ simul ducta octonarium faciunt a denario longe minorem. Similis his ē octonarius ꝛ alij plurimi qui in partes redacti intra consistunt. Perfectus numerus qui suis partibus adimpletur vt senarius h₃ tres partes s. sextam tertiam ꝛ dimidiam. sextam que facit vnum. tertiam duo. ꝛ dimidiam sc₃ tres. ꝛ he partes in sūmam ducte sc₃ vnu₃ duo ꝛ tria senarium perficiunt ꝛ consumunt. Sunt autem perfecti numeri intra denarium sex. intra cētenarium xxviij. intra millenarium. cxxviij. intra decem milia quadringenti nonaginta ꝛ sex. ꝛ hi numeri perfecti semper in sex vel in octo terminantur. ꝛ hoc alternatim vt dicit boetius perfectos autem numeros raro inuenies ꝛ de facili numerabiles/ quia vt dicit idez. pauci sūt ꝛ nimus constanti ordine ꝓcreati. Superflui autem ꝛ diminuti sunt multi ꝛ inordinate dispositi ꝛ a nullo certo fine generati. Impares autem numeri sic diuiduntur. alij sunt simplices. alij cōpositi. alij mediocres. Simplices sunt qui nullam aliam partem habent nisi solam vnitatem/ vt ternarius solā tertiā. ꝛ q̄narius solam quintā. ꝛ septenarius solam septimā. his. n. vna pars sola ē. Et compositi sunt qui nō sola vnitate metiūtur sed etiā₃ alieno numero ꝓcreantur. vt nouē ꝛ xv. ꝛ. xxi. ꝛ. xxv. dicimus enim ter trini ꝛ septies trini/ ꝛ ter q̄ni ꝛ quīquies quini. Mediocres numeri q̄ quodāmodo simplices ꝛ incōpositi esse videntur alio vero modo cōpositi. vt verbi gr̄a nouem ꝛ xv. nouenarius enim du₃ non comparatus fuerit primus est ꝛ incōpositus quia non habet numeꝝ cōmunē nisi solū monadicū ad xv vero cōparatus secundus ē ꝛ incōpositus/ q₂ in illis cōis est numerus preter monadicū sc₃ ternarius numerus qui nouenarium cōsumat vt ter trini ꝛ ter quini.

Alio mō diuiduntur numeri/ quia oīs numerus aut cōsideratur per se aut ad aliquid. per se ē n̄uerus qui sine relatiōe aliqua dr̄ vt tria quatuor q̄nq₃ sex ꝛ ꝑsimiles. Ad aliquid ē numerus q̄ relatione ad alios cōparatur/ vt vbi gr̄a. quatuor ad duo. dum enim quaternarius ad binarium comparatus fuerit dupliciter dr̄ ꝛ multipliciter. similiter sex ad tria ꝛ octo ad quatuor ꝛ decē ad quinq₃. iteꝝ tria ad vnū sex ad duo ꝛ nouē ad tria. Equales aūt numeri dicuntur qui s̄m quātitatē sūt equales/ vt duo ad duo tria ad tria decē ad decē cētū ad cētū. Inequales qui ad inuicē inequalitatē demonstrant vt tria ad duo ꝛ quatuor ad tria/ ꝛ vniuersaliter quando maior minori ꝛ mīor maiori comparatur dr̄ inequalis. maior numerus est qui habet in se illum minorē numeꝝ ad quē comparatur ꝛ parum plus/ vt quinarius habet in se ternarium numerum ꝛ eius alias partes duas ꝛ sic de alijs. Minor numerus est qui continetur a maiore ad quem comparatur cu₃ aliqua parte sua. vt ternarius ad quinarium cōtinetur ab eo cū duab⁹ partibus suis. Multiplex numerus est qui habet in se minorē numerum bis aut ter aut quater aut multipliciter/ vt enim duo ad vnū dum cōparati fuerint dupliciter est tria ad vnum tripliciter/ quatuor ad vnu₃ quadrupliciter/ ꝛ sic de alijs. Econtra submultiplex uumerus est qui intra multiplicem numerum multipliciter continetur/ vt vnum a duobus bis continetur a tribus ter a quatuor quater a quinq₃ quinquies ꝛ sic đ alijs. Superparticularis numerus est dum fortior continet in se inferiorem numeru₃ circa quē comparatur similiter ad vnam partem eius/ vt verbi gratia ternarius ad binariu₃ comparatus continet in se duo. ꝛ alium vnum que ē media pars duorum. similiter quatuor ad tria cōparati continent in se tria ꝛ alium vnū que est tertia pars trium sic quinq₃ ad quatuor cōtinet quaternarium/ ꝛ alium vnu₃ qui ē quarta pars quaternarij/ ꝛ sic de alijs. Superpartiens numerus est qui inferiorem numerū totum continet ꝛ super hoc alteras eius partes duas aut tres aut quatuor aut quinq₃ aut alias. verbi gratia. quinq₃ comparati ad tria habet quinarius partes ternarij ꝛ vltra hoc duas partes eius sc₃ duo. septem ad quatuor cōparati habēt in se quatuor ꝛ alias partes ei⁹ s. tria similiter nouem ad quinq₃ cōparati habent in se quinq₃ ꝛ alias eius partes scilicet q̄tuor. Subsuperpartiens est qui continetur ī numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus aut tribus aut plurib⁹ duabus suis verbi gratia. tria continentur a quinq₃ cum alijs duabus partibus suis. ꝛ quinq₃ a nouem cum alijs partibus suis ꝛ sic de alijs Subsuperparticularis numerus est numerus

qui cōtinetur in inferiori numero cū aliqua p/te sua/ vt media aut tertia aut quīta. verbi grā duo ad tria tria ad quatuor quatuor ad quinqꝫ ⁊ sic de alijs. Multiplex subparticularis ē numerus qui cōparatus ad inferiorē numerū continet in se totū inferiorē numerꝝ multipliciter cū aliqua pte eius. vbi gratia. quinari⁹ cō/paratus ad binariū in se continet bis binos i. quatuor ⁊ vnā partē eius. ⁊ nouē cōpati ad quatuor ꝯtinent i se duos quaternarios ⁊ vnitatem q̄ nouenarij ē ps vna. Multiplex sup/particularis numerus est que ꝯpatus ad inferiorē numerꝝ continet eū multipliciter cū alijs ptibus eius/ vt octonari⁹ cōparatus ad ternariū continet i se bis eū cū alijs ptibus ei⁹. similiter. xiiij. ad. xiij. compati continent in se bis senos scꝫ xij. cū alijs ptib⁹ eius. sic xvi. ad septē sic xxij. ad nouē continēt in se bis nouē ⁊ cum alijs quatuor ptibus suis. Submultipliciter suppartiens numer⁹ est qui ad fortiorē sibi cōparat⁹ continet ab eo multipliciter cū aliqui/bus ptib⁹ suis. vt tria comparata ad octo continent bis cū duab⁹ ptib⁹ suis. similiter quatuor ad xi. comparata continentur bis cuꝫ tribus partibus suis vt. d. Isi.

Tertio mō diuiduntur numeri ſm Isi. aut sūt discreti aut continētes. Discret⁹ numer⁹ est q̄ discretis monadibus continet vt vbi grā. tria quatuor qnqꝫ sex ⁊c. Cōtinens vō nūerus ē qui cōiūctus monadib⁹ ꝯtinetur vt ternari⁹ numer⁹ in magnitudine itelligatur. Et diuiditur hic numerus in linealem ⁊ supficialē ⁊ in solidum. Est aūt linealis qui incipiens a monade lineali/ter scribitur vsqꝫ ad infinituꝫ. vn̄ alpha describitur ꝓ designatiōe lineaꝝ q̄ hec lr̄a vnitateꝫ signat apud grecos. Superficialis numerus ē ita ꝑ nō solū in lōgitudine ꝑ etiā in latitudie continetur/ vt trigon⁹ tetragonus seu q̄drago nus pētagonus vel circularis ⁊ ceteri qui sēp in plano pede. i. i supficie cōtinētur. ⁊ iō figure sunt hic ponēde ꝓ exēplo. nā trigon⁹ nūer⁹ totaliter ordiatur quadrat⁹ vero numer⁹ ē ita ⁊ tetragonus ita pentagon⁹ si ue quinquangu lus ē ita Circularis nūerus ē ita Spe ricus vero numerus est ⁊ circularis. quādo circulato nūero ⁊ multiplicato surgit ⁊ in se conuertitur. vbi grā. qui/quies quini quīquies hic circulus dū in seipꝫ multiplicatus fuerit in seipꝫ circulariter redit ⁊ sperā facit q̄ quīquies xxv. faciunt generaliter. cxxv. Solidus vero numerus ē qui longitudine altitudie ⁊ latitudine continetur. Naturā numeralē ⁊ numeroꝝ multiplicē diuisio nē simplicibus ꝓposui simpliciter intuendaꝫ ꝑut pꝫ in vbis beati Isi. cuius vba per oīa sum secutus. Ex quibus pꝫ manifesta ꝙ sub numeroꝝ diuersitate diuersimode latēt misteria diuarsaꝝ intelligentiaꝝ in canōe scipture diuinitus inspirate. ⁊ ideo vt dicit boetius libro. i. c. i. scientia numeroꝝ maxima est ⁊ iter mathematicas scientias a sapientibus attendenda/ quia de omnibus nature existentibus de quibus habꝫ disserere philosophia preualet pre omnibus arismetrica disciplina. quia sine numero nec littera littere cōiungitur/ nec sillaba sillabe recto ordie copulatur. Sic nec subiectum a predicabili discernitur/ nec a conclusiōe in sillogisticis inter prima media ⁊ vl/tima nō distinguitur vbi primi secundi ⁊ vltimi siue tercij ratio non habetur. ⁊ ideo vt di/cit boetius. omnes scientias precellit scientia numeralis/ quia sine ternario non subsistit triangulus/ nec sine quaternario tetragonus si/ue quadrangulus/ ⁊ sic de ceteris. Sic etiam in musicis est videre/ quia musica est modu/latio que numerorum nominibus adnotatur vt dicit idem Boetius/ vt patet in dyatesserō ⁊ in dyapente ⁊ i dyapason/ ⁊ alijs consonātijs musicis que sine numero ꝓcedente nō dominantur. sicut nec astroꝝ cursus nec ortus sy/deꝝ vel occasus/ nec tēpoꝝ nobis pateret varietas vel successus si sine nūerali adiutorio regeremur. Oia etiā creata rōne nūerali sunt formata vt dicit idē. ⁊ etiā rōnis nūeralis fuit exemplaritas in aīo cōditoris. vnde sub certitudie numeri creati sūt ⁊ distincti tres trini or/dines angeloꝝ. sub septenario ⁊ ternario di/stinguūtur virtutes ⁊ potētie oiuꝫ rōnabiliuꝫ ⁊ spūaliū aīoꝝ. virtute ⁊ scīa numerabili col/ligant elemēta. ⁊ (vt ita dicā) nūeroꝝ ꝯiūctiōe fūgūtur vniuersa tā spūalia ꝙ corpalia tā celestia ꝙ terrena. nec habēt nūeri ꝯpositionē iter se/ ⁊ ꝓportionē ex alijs ꝙ ex seipis. vt. d. boe/tius. Nā in subā nūeroꝝ inueniūtur par ⁊ impar ex quib⁹ cōstat oīs nūerus/ q̄ diuina q̄dā potētia cū dispaia sint ⁊ cōtraria tn̄ ex vna genitura. s. monade oriūtur/ ⁊ i vnā ꝯpositionē ⁊ in ꝓportionis similitudinē sine medio cōfūgūtur. vt pꝫ ꝙ oīs numer⁹ sub ipari vel sub pari cōprehendit. Est aūt par numer⁹ q̄ pōt in duo equalia diuidi vnitate nō iteruenente Impar vero ē q̄ nō pōt diuidi i duo equalia vnitate intercidente. Uel scdm̄ pictagoricam disciplinā. par numer⁹ est qui pōt sub eadē dimensiōe diuidi i minima ⁊ i maxia. minima q̄deꝫ quātitate. i. diuisione. maxio aūt spacio ⁊ magnitudine vt si diuidas centū i qnq̄gita

⁊ quinquaginta. maximũ spaciũ est in q̃nquagita. minima vero quantitas est diuisio. Non eni diuisũ est nisi semel ⁊ nulla potest fieri minor diuisio q̃ i duas ptes. nã quãto aliquis par numerus in plures ptes diuidit/ tãto magnitudo plus minuit/ vt pz in arbore secta in plures ptes. Sz numerus diuisiõis siue quãtitas multitudinis plus augetur. cuius ratio est vt dicit idẽ. q: magnitudo põt minui ⁊ diuidi in infinitũ/ sed nũerus crescit ⁊ pgredit i infinitũ. ⁊ ideo pars numeri diuisio ẽ ƀz magnitudinẽ maxima. sed ƀm quantitatẽ discretã minima. Impar vero numerus ẽ cuius numeralis diuisio est in duas partes vel particulas inequales. Par aũt nũer⁹ quãdoq; diuiditur in duas ptes equales ⁊ quãdoq; iequales. quando vero diuiditur in partes equales/ si vna pars diuisionis ẽ par ⁊ reliqua erit par. vt quãdo octo diuidũtur i quatuor ⁊ quatuor. ⁊ xij. in sex ⁊ sex. ⁊ sic de alijs. Si vero vna ps diuisionis equalis fuerit ipar ⁊ reliqua necessario erit ipar. vt quãdo sex diuidũtur i tria ⁊ tria. ⁊ decẽ in quinq; ⁊ quinq;. ⁊ xiiij. in septez ⁊ septẽ. vnde in equali diuisione nec paritas ĩparitati nec paritati iparitas admiscetur. preterq̃ solũ in binario qui princeps ẽ paritatis ⁊ nõ recipit inequalẽ diuisionẽ/ q: pstat ex duplici vnitate ⁊ ex prima duoꝝ paritate. quando vero par numer⁹ diuiditur in ptes inequales si vna pars diuisionis ẽ par ⁊ reliqua erit par/ vt si diuidatur denarius in octo ⁊ in duo vel in sex ⁊ i quatuor. similiter q̃n sex diuidit i quatuor ⁊ duo ⁊ octo i duo ⁊ sex. ⁊ sic de alijs ⁊ si vna ps diuisiõis fuerit ipar alia ps necessario erit ipar. vt si diuidatur denari⁹ i septez ⁊ tria ⁊ octo in quinq; ⁊ tria. ⁊ sic de alijs. neq; vnq̃ fieri põt vt si vna ps diuisiõis par fuerit/ alia ps impar valeat inueniri. aut cũ vna sit ipar alia par possit intelligi. Impar autem numerus semp diuiditur p partes inequales ⁊ semp vna ps diuisionis paritati/ altera iparitati deputat/ vt septẽ si diuidas in quatuor ⁊ tria. altera portio par altera ipar inenitur. ⁊ hoc generaliter in oibus iparibus inuenitur. Est aũt vnitas genitrix oĩs pluralitatis. nam si ipari addideris vnitatẽ necessario parẽ nũerũ generabis/ ⁊ si ƀ paritate vnitatẽ dẽpseris mox iparẽ numeꝝ pcreabis. Omnium etiam numeroꝝ circa se positoꝝ ⁊ naturali dispositione sibi inuicem coniunctoꝝ medietas ẽ vnitas. verbi gratia. si dicatur vnuz duo tria. vnitas addita facit binarium inter vnuz ⁊ tria eẽ medium. Itez si dicatur duo tria quatuor vnitas addita binario facit ternarium esse mediũ inter binarium ⁊ quaternarium. similiter si dicatur tria quatuor quinq; vnitas addita ternario facit quaternarium inter tria ⁊ quinq; esse medium. ⁊ sic de alijs ascendendo pcedendũ est. De partibus autez ⁊ speciebus numeri paris pariter ⁊ imparis impariter supradictũ est Istoꝝ autem numeroꝝ singulas creatiões ꝑportiones cõuenientias ⁊ differentias prosequi esset longum. ⁊ ideo de numeroꝝ ꝓprietatibus hec sufficiant. Hoc solum autem sciam⁹ q̃ medium inuenire in numeris est difficile vt dicit Isido. quia numeros esse infinitos certissimũ est/ quia quantumcũq; aliquem ptraxeris ⁊ finem faciendum putaueris per additionem vnitatis totum numerum parem vel imparem ꝓlongabis. Rationem autem ⁊ ꝓprietatem medij numeralis sic aduertere poteris primo coniunge extrema ⁊ diuide ⁊ inuenies medium. verbi gratia. pone ꝓ extremis sex ⁊ xij. simul iunge ⁊ habebis xviij. partire equaliter decem ⁊ octo ⁊ erunt nouem. Et est analogicum in arismetrica/ vt medius numer⁹ quot monadibus superat primum totidem superet ab extremo. Superat eni nouez sex in tribus monadibus ⁊ totidez a xij. nouenarius superatur/ vt dicit Isido. li. ij. vnde superius posita sunt exempla.

De mensuris.

M Ensure autem ⁊ põdera sepissime locuz obtinent i scriptura quorum rationes ⁊ ꝓprietates ortuz habent a geometria disciplina. nam vt dicit Isi. li. ij. geometria est mensurandi scientia que continet i se lineamẽta ⁊ spacia siue interualla figuras ⁊ magnitudines/ ⁊ in figuris numeros ⁊ dimẽsiones vt patet in circulis triangulis/ quadrangulis pentagonis/ ⁊ alijs infinitis ƀ quibus omnibus non est presentis negocij multa diffinire Sed pauca tãgere ꝓpter simplices/ de q̃bus facit Isi. mentionem dicens sic. geometrie q̃dripertita est dimensio in planum/ in magnitudinem numerabilem/ in magnitudinem rationalem ⁊ in solidas figuras. Plane figure sunt que longitudine ⁊ latitudine continentur que sunt iuxta platonem numero quinq;. Numerabilis magnitudo que diuidi potest ƀdz numeros qui i arismetrica edocẽtur. Magnitudines rationales sunt quarum mensurã scire possumus per iudicium rationis/ sicut irrationabiles quarum mensure quantitas cogni-

ta non habetur. Figure autē solide sunt
que longitudine latitudine ⁊ altitudine conti
nentur / vt est cubus. Sunt autem plane
figure plures spēs / vt dicit idem. quia prima
plano pede est circulus qui vocatur circundu
cta / in cuius medio punctus est quo cūcta cō
ueniunt. ⁊ punctū illius geometrici centrū vo
cant plano pede ita Quadrilatera figu
ra est in plano qua drata que sub qua /
tuor rectis lineis iacet ita Dyatratecon /
gramon figura est plana ita Or /
togamū idest recti āgulum figura plana
est. i. triangulus ⁊ habet angulum rectū ita
Ysopleur⁹ ē figura plana ⁊ recta sub /
ter in solidum constituta ita Spe /
ra est figura in totuddꝫ formata que i
cunctis partibus in solidum ē eq̄lis ita
Cub⁹ ē figura ꝓpa solida q̄ i lōgitudīe
latitudīe altitudīe ꝯtinet̄ i solidū ita
Chilindrus est figura quadrata habēs
superius semicirculū ita Conus est figu
ra que ab amplo in āgu stuꝫ fit ita
Piramis est figura que in modū ignis
ab amplo in acutum consurgit ita Unit
autēꝫ hec disciplina primo pūcto cuius
pars est nulla. inter oīa mensurari pūt est mi /
nimū dimēsiue ⁊ tū maximū ꝑtātiue / qꝛ oium
lineaꝝ est principiū a quo oēs icipiūt ⁊ ꝓgrdi
ūtur. ⁊ i quo oīa finiūt̄. Scd̄o vnit̄ linea q̄ ē re
cta lōgitudo sine latitudī que ex equo iacet in
suis punctis / quia puncto incipit ⁊ in puncto
finitur. Superficies vero est longitudo cū lati
tudine. Spissitudo autem trinaꝫ habet dimē
sionē / scꝫ latū longū ⁊ ꝓfundū siue altum. Ex
istis tribus dimēsionibus cōsistit oē corp⁹ scꝫ
ex longo / lato / ⁊ ꝓfundo. ⁊ ex his tribus ꝯtin
git omnē corpulentā subām habere pondus
numeꝝ / ⁊ mensurā. poteris tū scd̄m artē nūe /
randi mediū geometricū inuenire. nā eius ex /
trema multiplicata tantū faciūt quantū ⁊ me /
dia duplicata. vbi grā sex ⁊ xij. faciūt xviij. me
dia huius sunt octo. nouē. mō sex multiplica /
ta duodecies faciūt septuaginta duo. sil'r. xij.
sexies faciūt septuaginta duo. sil'r octo multi /
plicata nouies faciunt lxxij. similiter nouē mul
tiplicata octies faciūt tantūdē. sex igitur ⁊ xij.
multiplicata faciunt siptuagesies dispōdius.
media vero scꝫ octo ⁊ nouē multiplicata tātū
faciūt vt dicit Isi. li. xij. Circulus itaq̄ ē linea
a pūcto vsq̄ ad punctū circa centrū equis spa
cijs circūducta. hec aūt ē figura simplicissima
capacissima ab oi angulositate remotissima /
exterius cuexa / iteri⁹ cōueta / motui aptissima
⁊ reuolutioni cōgrua. cuius circūferētia a suo
pūctuali centro est remotissima / inter oēs figu
ras ē ꝑfectissima / omēs figuras ⁊ figurabilia
ambigens / oīa potestatiua intra se cōtinens
⁊ a nullo extraneo p̄terq̄ a se est ꝯtenta / vt pa
tet in circulo celi qui ābit oīa ⁊ nō ābitur / con
tinet oīa ⁊ nō ab alio extrinsecus ꝯtinetur. vn
de dicit Isi. sicut intra x est oīs nūerus / ita in /
tra circulū oīuꝫ figuraꝝ claudit̄ ābit⁹ ita
⁊ breuiter dicā circuli ꝑfectionē ⁊ rōnē
circularē quadā naturali emulatiōe oīa mira /
biliter imitātur. nā circularē formā celū sibi vē
dicat ⁊ motū / sic planetaꝝ orbes in se circula
riter reflectūtur. sic sideꝝ cursus annoꝝ ⁊ men
siū ⁊ diuersoꝝ tēpoꝝ anfractus in se icipere ⁊
in se redire continue concernūtur. sic elementa
inuicē agūt ⁊ patiūtur. ⁊ que p corruptionem
d'sinere videt̄ p generatōēꝫ iteꝝ reuertūt̄ sic ꝯti
nui mariū fluxus ⁊ reflux⁹ fluūt ⁊ refluūt / ⁊ cū
desierit iteꝝ moriūt̄. sic herbe ⁊ arbusta fruct⁹
⁊ semina inde reciproca a se exeūt ⁊ in se ꝯuer /
tūtur. Sic celestes spūs a deo exeūt per creati
onē ⁊ in deū mouētur p affectionē a deo emit
tūtur p actionē ⁊ ad deū reuertūtur p gratiaꝝ
actionē. Sic ⁊ aīa rōnalis ab aristo. compara
tur circulo rōne sue perfectiōis ⁊ capacitatis.
Omniū eni figuraꝝ ysꝑimetraꝝ. i. eq̄les am /
bitus habentiū maximus ē circulus. ⁊ iō tot⁹
mūdus spericā hꝫ formā qui ad hoc creatus ē
vt eū capiat aīa p intellectū. Uniuersitatis cō
ditor ē deus qui in circulo designatur. naꝫ vt
dicit trimegistus. monas monadē genuit / ⁊ i
se suū reflectit ardorē. i. amorē. naꝫ pr̄ generat
ab eterno filiū ⁊ p filiū spectat spm̄ sāctū qui
est ardor. i. amor vtriusq̄ nexus. naꝫ de⁹ pr̄ ab
eterno se intelligit ꝑfecte / ⁊ intelligēdo ꝑfecte
se diligit / quē dilectio vltra se ad aliud non ex
tendit / sed potius ad intelligētē ⁊ itellectuꝫ. i.
p̄rēꝫ ⁊ filiū a quib⁹ ꝓcedit ipa dilectio ad mo
dū circuli se reflectit. vnde idē est de⁹ in essētia
pr̄ intelligens ⁊ itelligendo filiū gignens ⁊ fi
li⁹ a p̄re genitus ⁊ itellect⁹ / ⁊ amor a p̄re p fili
um ꝓcedens / ⁊ i vtrūq̄ se reflectens. s. spūs sā
ctus. Ex quo patere potest q̄ ꝑfectio est i diui
duis ꝑsonis qꝛ eaꝝ pluralitas trinitat̄ numeꝝ
nō excedit. Ideo etiā scd̄s phūs iterrogat⁹ q̄d
esset de⁹ sic rn̄dit. Deus iquit est intellectualis
spera / circulus cuius centrum vbiq̄ est / circū /
ferentia aūt nusq̄. Ex quo pꝫ q̄ rō circuli relu
cet in qualibet creatura.

Riangulus ē figura habens tres
angulos equales duobus rectis.
quid aūt sit angulus rectus alias determina
tur. ꝯpatur aūt aīa vegetabilis que habꝫ tres

potentias in se scʒ generatiuam /nutritiuam / ⁊ augmentatiuam / triangulo qui primus est omnium figuraꝝ geometricarum/ quia vege/tabilis est prior omniū animarū habens i se ternariū potētiarū. Est aūt triāgulus iter figuras āgulares prim⁹ q2 solidā hʒ lōgitudinem ⁊ latitudinem. ⁊ ideo omnis figura habens plures angulos vt tetragonus.i. quadrangulus pentagonus ⁊c. tot in se ꝯcludit triangu/los quot linee ab angulo in angulū ꝑtrabuntur vt pʒ in quadrāgulo qui duos ꝯtinet triāgulos si ab vno angulo ad aliū āgulū oppositū linea deducat̃ vt hic ⁊ si ab alio an/gulo linea ad oppositū ꝑtrahatur quatuor triāgulos cōtinebit vt hic ⁊ sic in oībus figuris alijs tot eidē diuidunt triāguli quot ipsā figurā angulos habere cōtigit vt quadrangulus quatuor eductis lineis triāgulos quatuor cōtinebit. ⁊ pentagonus quī/ꝙ. ⁊ exagonus sex. ⁊ eptagonus septem. ⁊ sic de alijs vt dicit boetius libro arismetricoruꝫ c.vi. at vero triangula figura sic ꝑ angulos diuisa i alias figuras nō resoluitur nisi i seipāꝫ i tres eni āgulos diuiditur vt patet hic adeo enim est hec figura latitudinis priceps vt cetere supficies in hāc resoluātur ipsa vero qm̄ nullis est pricipijs obnoxia neqꝫ ab alia latitudine sumpta siciū in seipsam soluatur/ vt dicit idem ibidem. Nulla vero potest excogitari figura angularis que nō habeat ortū ⁊ principiū a triangulo. nā triāgulus omniū aliaꝝ formaꝝ ⁊ figuraꝝ est pricipiū ⁊ elementū. Et hoc pʒ in numeris. nā quaternarius nascitur ex ternario qui triangulus est siue trigo/nus ⁊ ex vno qui ptāte trigonus est generatur nā hāc dignitatem hʒ vnitas que mr̄ est oīuꝫ numeroꝝ vt in se vim obtineat nō actu sꝫ ptāte oīum numeroꝝ qui ab ipsa generantur/ vt dicit idem boetius li.ij.c.xviij. sic ⁊ pentago/nus ex quaternario supra se posito ⁊ vnitate que vicem suplet trianguli generatur. ⁊ sic de omnibus alijs numeribus figura pōt ostendi q2 semꝑ ex figura triangula quilibet numerus generatur/ sicut ibi in terminis boetius determinat manifeste ponēs exēplū in tetragonis pentagonis exagonis ⁊ in alijs multis.

Habet ⁊ aliud singularis ꝓprietatis figura triangularis quia omnis alia figura sibi po/test esse basis ⁊ ex base supposita potest surgere figura triangularis quia omnis alia figu/ra piramidalis que habens in se formā triangularem tot in se continet triangulos quot cōtinet angulos in seipsa basis. vbi gratia si ponatur quadrangulus ꝓ base potest super sur/gere figura piramidalis/ tot in se cōtinens triangulos quot in se tetragonus idest quadrāgulus dignoscitur angulos in se continere/ vt patet in hac figura Similiter i basis fuerit pentagona piramis surgens triangularis quinqꝫ triangulos representare pote/rit supra basim vt patet in figura piramidali posita sup basim pentagonalem vt hic Sic etiam supra basim exagonam pōt surgere piramidalis figura sex continens triāgulos manifeste. ⁊ sic de alijs. Ipsa etiam fi/gura trianguli poterit piramidis esse basis vt dicit idem. ⁊ in ipso triangulo piramidali tri/plex triangulus secundum tres angulos poterit inueniri/ vt patet hic Mira ita vide/tur diuina dispositio in omnibus sꝫ potissime in numeris ⁊ figuris. De alijs autem figuris tam numerabilibus ꝙ geometricis modo videtur supersedenduꝫ ꝓpter difficultateꝫ ⁊ infinitam figurarum diuersitatem quāuis singularum considerationum maximam con/ferat vtilitatem theologice discipline vt patet i quadrangulo qui est inter figuras ⁊ numeros solidissimus equis lateribus distinctus ⁊ euāgelicam representans doctrinam/ que per de/cem partes orbis immobilem optinet veritatem atqꝫ firmaꝫ. vt dicit Beda super gen. Angulus autem multarum figuraruꝫ est commune subiectum quia omnes predicte figure sub diuersitate anguloꝝ terminant̃. Est autem angulus duarum linearum alternus contactus Secundum modum autem contigendi se variatur angulus / quia nunc rectus nunc obli/quus vel reflexus nunc acutus nūc obstusus.

Maxima autem virtus consistit in angulo recto quia in ipso tota virtus que consistit in li/neis a basi confluentibus ad angulum fortificatur propter linearum concursuꝫ pariter ⁊ cōtactum vt patet in oculo qui omnia compre/hendit sub angulo. naꝫ radij qui linealiter veniunt a re visa faciunt vnam piramidem cui⁹ conus est in pupilla ⁊ basis in re visa ⁊ hi ra/dij triangulātur in centro pupille ⁊ per angu/lum illum piramidalem formatur visus/ vt dicit auctor perspectiue. quere supra li.iij. de materia visus. ⁊ in li.v. ꝺ materia oculoꝝ. Partes itaqꝫ opposite inter se opposite ⁊ ab inui/cem superate in angulis cōueniūt ⁊ pariter i vnum finiuntur. Pauca itaqꝫ de natura figurarum ⁊ angulorum exempli gratia sunt hic dicta/ vt sciamus quia illoꝝ rō nō est necessaria ad diuersa misteria diuine pagine cognoscenda que sub numeroꝝ ⁊ figuraꝝ methaphoris multiformiter sunt velata. nam sicut circulus

